

Cereris filia. hæc autem omnis ratio sacrificialis ad eandem deã refertur, quæ vna est multiugis nominibus celebrata. præterea aspida Ægyptiacam serpentem autumant conuenire deæ Ægyptiæ ceremoniis. *Ceruicibus tumescentibus.*] Colla aspidum veneno tumescere, auct. est Plin. quarum ictus irremediabilis est, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Alibi annotauimus, quemadmodum aspis habet internecinum bellum cum ichneumone, qui vbi pluribus se coriis ex lino lorica sit, in dimicationem pergit: in ea caudam attollens ictus irritos aduersus excipit, donec obliquo capite specularus intradat in fauces. De hac intellexit Lucan. illo versu: *Aspidas vt Pharia caudam solertior hostis Audit, & iratas incerta prouocat ymbra.* *Pedes ambrosios.* diuinos & immortales, nec non vnguenti liquore delibutos. *Palma foliis.*] Lunæ simulachro, quæ & Isis est, conueniunt calciamenta ex palmaceis foliis intexta, cum ob alia, tum quia in Ægypto larga palmarum copia, vbi religiose hæc dea adoratur. apud Plin. nulla mentio est, quod palmarum folia fuerint in vsu calceorum: qui ea tantum scribit in vsu esse ad funes, vitillumque nexus, & capitum vmbacula. Vbi vitilia, quæ dictio Pliniana est, significantur omnia ad vincendum ligandumque accommodata. Lego apud ecclesiasticos scriptores, maximeque apud Hieronymum, quod Paulus anachorita foliis palmarum contextis vestiebatur, eratque illi vestis palmea. Hieronymus dixit, sacerdotes Ægyptios calceos papyraceos gestare, non palmaceos. Verum enim uero Lucius noster sibi ipsi concursus est, & congruens, qui in 2. huiusce operis volumine baxeas palmeas dedit Ægyptio prophætæ: & nunc ipsi Ægyptiorum deæ dat soleas palmarum foliis confutas, vt intelligamus id genus calciamenti propè peculiare esse in cerimonia Ægyptiorum. Præterea priscos palmarum foliis scriptitasse constat: vnde *φαινιμα γειμματα* id est, literæ dicebantur Phœnicia. *φαινιμα* enim Græcè palma, quidam Phœnicia dici *τα γειμματα*, id est literas autumant, à Phœnice Cadmo, siue Agenore literarum inuentore. Videntur autem palmacei calcei deæ congruenter aptari, ne quid scilicet morticinum eius membra pollueret. Sic apud Marcianum calceos ex papyro subligat Phronesis Philosophiæ. Quod autem palma dicatur arbor victrix, sitque in certaminibus symbolum victoriæ, sciunt omnes. causam Plutarch. Arist. Gel. & cæteri tradiderunt: quoniam scilicet ponderi non succumbit, neque deorsum flectitur, sed aduersus pondus resurgit, recuruat utque: quale est victoris ingenium, quod vrgentibus præmentibus que non cedit. *Spirans Arab. fal. germ.*] Legi potest, Arabiæ foelicis germina. *ná cum*

cum triplicem Arabiam Plin. Ptol. cæterique describunt, illa est memoratissima, quæ Græco cognomine Eudæmon, Latino scælix siue beata nuncupatur: quæ teste Strabone aromatifera est, quæ (vt tradit Plin. germina odoratissima progenerat: & quamuis cassiam cinnamomumque non ferat, tamen scælix appellatur. idem Plin. peculiaria Arabiæ germina percenset in 12. *Com-mota Luci.*] Responsio lunæ ad Apuleiũ mysticoteræ, qua euidenter ostenditur, vnum esse numen nominibus pluribus cultum nominatumque. Luci, casus est saluatorius, qui vocatius dicitur. alloquitur enim Lucium Apuleium. *Rerum natura pa.*] Natura qua dicimus nata esse omnia, à nascendo nomen accepit: quæ nihil aliud esse creditur quàm deus. quod & Lactantius refert in 2. sed Seneca planius id, explicatiũsque demonstrat lib. 4. de Beneficiis, cuius verba subiici, quæ sunt hæc: Natura, inquit, hoc mihi præstat. non intelligis te, cū hoc dicis, mutare nomen Deo? quid enim aliud est natura, quàm Deus, & diuina ratio toti mũdo & partibus eius inserta? quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellate, & Iouem ritè dices. & Tonantem, & statorem: eundem si fatum dixeris, non mentieris, cum fatum nihil aliud sit quàm series implexa causarum. ille est prima omnium causa, ex qua cæteræ pendent: quæcunque voles illi nomina propriè aptabis, vim aliquam effectumque cœlestium continentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera, ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, qui negas te Deo debere, sed naturæ: quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura, sed idem est vtrunque hætenus Seneca: cuius auctoritate fulcitur, vt numerosis appellationibus Deum siue deam hanc, de qua loquimur, appellemus: cum nihil referat, vtrum nominibus masculinis an scæmininis rerum natura nuncupetur. Quoniam, vt supra exposui breuiter, dij omnes sunt ἀσπινοδίατες, id est, masculino scæmini: ita possumus per vnã rem vtrunque intelligere. Plin. noster vbique librorum, naturam rerum parentem & magistrã appellat: quam & Deum opificem omnium intelligi vult. *Elementorum om. do.*] Initia rerum esse tria arbitratur Plato, Deum, & materiã, rerumque formas quas Ideas vocat. Deus artifex conformat vniuersa ex materia: hinc prima elementa esse progenita, ignem & aquam, memorauit. *Initialis.*] primordialis, originalis. diuus Augustinus in 11. de Ciuitate Dei: Non est (inquit) mundus factus in tempore, sed cū tempore. ante mundum nullum est tempus, & (vt auctor est Trismegistus) receptaculum temporis est mundus. *Summa nu.*] maxima decorum. *Regina ma.*] Proserpina nominatur,

quæ dea est defunctorum. *Deorum dearumque fa.*] Hinc evidenter ostenditur, deos omnes & deas ad vnum referri, qui fabricator rerum, variis nominibus deorum & dearum, tam figmentis poeticis quàm philosophicis rationibus colatur. Quod & Valerius Soranus duobus his versibus scitissimè complexus est: Iuppiter omnipotens, regum rex ipse, Deusque, Progenitor genitrixque deum, Deus vnus & omnis. hos versus M. Varro in hanc sententiam exposuit, in libro quem inscripsit de Cultu deorum, & diuus August. identidem citat pro testimonio. *Deplorata silentia.*] Vbi homo in familia Proserpinæ esse coepit, & loca manium silentiosa inhabitare, actum est: deploratur in æternum reditus, illinc negatur redire quenquam, illic est fletus & stridor dentium, vt auctor est diuus August. in libello de triplici habitaculo. In inferno flammivomo principalia duo sunt tormenta: frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Sacra scriptura gehennam vocat, vbi dolor sine remedio, poena sine fine, & omnium rerum desperatio est. *Nutibus meis.* Quid est numen, nisi Dei nutus ac potestas? M. Varro: Numen dicunt esse imperium, ab nutu.

Multiformi specie.] Cum deus, sit ἀσώματος & ἀήρτος, & ἀκατανόματος, id est, incorporeus, indicibilis, inominabilis, scienter & prudenter existimantur face re Iudæi, qui sola mente vnum tantum numen intelligunt: prophanos existimantes, qui deorum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. itaque nulla simulachra deorum in suis templis sunt & ex præscripto legis

Cuius numen unicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis. Inde primigeni Phryges Pessinunticam nominant domini matrem, hinc autochtones Attici Cecropiam Minervam, illinc fluctuantis Cyprii Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dictynniam Dianam, Siculi trilingues Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam deam Cererem, Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten, Rhannusiam alij: & qui nascentis diei solis incoherentibus illustrantur radijs Æthiopes, Ariyque, priscæque doctrinae pollentes Egyptij, cerimonijs me proprijs percolentes, appellant vero nomine reginam Isidem: Adsum tuos miserata casus, adsum fauens & propitiæ mite

mitte iam fletus, & lamentationes omite, depelle moerorem. iam tibi providentia mea illufceffit dies falutaris. Ergo inguit inaperijs iſtis meis animum intende ſollicitum. Diem, qui dies ex iſta nocte naſcetur, aeterna mihi nuncupavit religio, quo ſedatis hybernis tempeſtibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, navigabili iam pelago rudem deducantes carinam, primitias comeatus libant mei ſacerdotes. Id ſacrum, nec ſollicita nec prophana mente debet opperiri.

Mofaica nefas eſt ſimulachrum Dei, nedum hominis, non ſolum in templo, ſed neque in prophano loco collocare. auctores Corn. Tacitus & Iosephus, quod & in Pentateucho copioſe explicatur. Cn. Pompeius domitis Iudæis, templum Hieroſolymorum illud famigeratum iure victoriae ingreſ-

ſus, vulgavit, nullam intus Dei effigiem eſſe, vacuam ſedem & inania arcana. contra Aegyptij ſub effigie animalium plurimorum deos non tam venerantur, quàm infamant. Namque (ut inquit M. Varro, & renarrat diuus Auguſt.) qui primi populis inſtituerunt ſimulachra deorum, metum dempſerunt, errorem addiderunt. De vario cultu deorum, ſimulachriſque multifor- mibus, & nominibus quibus coluntur apud varias nationes, ſciant volumina ſcriptorum, & ſuo loco ſigillatim annotabitur. *Multiingo nomine.*] multis variis que nominibus. eſt enim deus vnus, nomina plura. *Primigeni Phryges.*] Ex hiſtoria remotiore ſumptum, ut Phryges primigeni ſive primi mortaliũ nuncupentur. nam Pſammetichus rex Aegypti, cupidus noſcendi qui nam primi hominum exiſtiſſent, huiusmodi rem commiſiſceret. Pueros duos recens natos tradidit paſtori educandos, iubens neminem coram eis vocem vllam edere, ſolitaria in caſa ambos relinqui: eiſdem in tempore capras admoueri, quarum lacte nutrentur. præterea iuſſit diligenter obſervari, quam vocem primam ederent. itaque exacto biennio, cum paſtor qui puerorum nutritionem ſuſceperat, accedens ad caſam, ianuam repanderet: ambo infantes clamare cœperunt Becchus, quod primo audiens paſtor obticuit. cum verò crebrius adenti & obſervanti idem verbum ab infantibus ingereretur, rem domino indicat, eiſque iuſſu pueros exhibet. quos cum ipſe Pſammetichus audiſſet, veſtigavit quoniam homines becchus quidpiam appellarent. hoc curioſe perquirens, comperit Phrygias

sic panem appellare. quo argumento confutari Aegyptij, Phry-
 gas primigenios primosque hominum. & se ipsis priores exti-
 tisse, concesserunt: cum ante Psametichum persuasissimum ha-
 buissent, omnium hominum se primos extitisse. historiae auctor
 Herodotus in 2. De Aegyptiis dixit Lucian. *ἀγύπτιοι καὶ φρυγίαι*
πρώτοι καὶ οὐκ ἀλλοτρίων. Apud Trogum explicatur luculenta con-
 tentio inter Scythas & Aegyptios, de generis vetustate, quæ
 Scythæ antiquiores censentur. Claudian. scribens in Eutro-
 pium, vetustatis & historiae Phrygum meminit his versibus:
 Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus, nec rerum Aegy-
 ptius ultra Restitit, humani postquam puer vberis expertus, in
 Phrygiam primum laxavit murmura vocem. Ennius (teste
 M. Tal.) Fruges dicebat, non Phryges: & pyrhum, non pyr-
 rhum. nec enim antiqui Græcam literam y adhibebant: nunc
 & Phryges & Pyrrhum aurium causa dicimus. *Pesinuntiam.*
 In Phrygia oppidum est, quod Pesinuntium appellatum fe-
 runt: à simulachro deæ Cybeles, cœlitus lapsio in eum locum,
 nam *πεσών* Græcè dicitur, quod cadere nos dicimus. Alij no-
 men huic loco inditum esse tradunt, quia permulti illic varin-
 que ceciderunt, pugna inter Iulum Phrygeni & Tantalum Ly-
 dum commissa: auctores Herodotus & Ammian. Marcellinus.
 Ad Pesinuntia colebantur orgia matris magnæ, quam & Ideam
 vocant, & vetusta eiusdem delubra conspiciantur. unde Pesinuntia
 dea dicta, cuius simulachrum ex hoc oppido bello Punico
 secundo, carmine Sibyllino monente, Romam translatum
 est: & per Scipionem Nasicam, qui optimus à senatu iudicatus,
 hospitio ritè receptum est. Pesinuntis oppidi, & Pesinuntia
 deæ meminit Strabo his verbis: Pesinus emporium est eorum
 qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnæ
 venerationis matris deûm, quam Anginistam vocant. *Domi-
 ni matrem.*] Lege *Desim*, pro deorum. *Autochthones.*] Epi-
 theton perpetuum Atticorum, ut *Autochthones* dicantur, qua-
 si indigenæ, & in eodem nati solo, quod incolant, eiusdem-
 que terræ primi cultores. non enim aduenæ sunt Attici, neque
 passim collecta colluuiis originem vrbi dedit: sed, ut historici
 tradunt, quæ illis sedes, eadem origo est, & (ut vrar verbis M.
 Tullij) vrbs Atheniensium vetustate ea est, ut ipsa sese suos ciues
 genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens & alitrix fuisse
 dicatur. De *Autochthonibus* scripsimus copiosius in primo
 commentario. In epistolis ad Atticum, decenter dicitur *αὐτο-
 χθόνων* in homine vrbanitas, pro ingenita & natia, non autem in-
 fictua

inficitia & alienigena. Illud adde, quod refert Suidas in Etymo-
 getico, Autochthonas, dici præter Athenienses, Arcadas quo-
 que, & Aeginetas. *Cecropiam Mineruam.*] Athenienses Atti-
 co vocabulo notissimo Athenam vocant Mineruam, ex cuius
 nomine Athenæ nuncupatæ. Cecropia verò cognominatur
 à Cecrope rege, qui primus multitudinem in ciuitates 12. diges-
 sit, a cuius nomine Cecropidæ nominantur, & Cecropia regio
 nominata, quem Græci Diphgeon cognominant, nostri gemi-
 num: quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit: vel quod
 cum effec Aegyptius, vtranque linguam calluerit, Græcam &
 Aegyptiacam. primos Cecrops bouem immolans, Iouem ap-
 pellauit: auctores Strabo, Trogus, & Eusebius. *Fluctuantes Cy-
 prij.*] Spectanda est huiusce scriptoris in rebus omnibus ele-
 gantia, & in epithetis apponendis mira solertia: cum vnicuique
 quod suum est scienter nec minus decenter apponat: à quo vt
 primigenij Phryges, & Autochthones Attici significanter &
 propriè, atque ex prisorum doctrina nuncupati: ita & Cyprij
 fluctuantes optimo conuenientissimoque epitheto dicuntur,
 cum sint populi insulani, & omnis insula mari circumfluat &
 maritimis fluctibus sit obnoxia. Fuit quondam Cyprus no-
 uem regnorum sedes, in Cilicio mari sita: vbi inter cetera
 vrbs est Paphos, inelyta delubro Veneris, claro per indigenas
 aduenatque, quam Paphiam cognominant, quod numen est
 Cypriorum peculiare. Simulachrum Paphiæ Veneris non ef-
 figie humana colitur, sed continuus est orbis latiore initio te-
 nuem in ambitum, metæ modo exurgens. Cur autem hac
 forma colatur, ratio in obscuro est, vt refert Corn. Tacitus.
 Præterea Cyprus (vt docet Origenes in Homeliis Cantico-
 rum) appellatur vna florens: & virgulti species est, ferentis
 quendam fructum floridum, habentem vim excalescentiam.
 Fuit & Romæ vicus nomine Cyprus, ex eo dictus, quòd ibi Sa-
 bini bono omine confederunt. nam cyprum Sabini bonum di-
 cunt, vt refert M. Varro. *Cretes sagittiferi.*] Creta, quam Ho-
 merus Hecatompolin à numero centum ciuitatum appellat,
 quam à temperie cœli Macaron neson, id est beatam insulam
 dixere, nobilitatur vsu sagittarum: nec peritia sagittariorum o-
 rientis populis, qui sagittis bella conficiunt, postponitur. Lu-
 can. Nec Eois peior cortina sagittis. Plin. in 16. ait, quod præ-
 cipuus sagittarum vsus in Creta bellatores suos præcipitauit. De
 hac Solinus: Creta prima potuit remis & sagittis. & vt auctor
 est Strabo in 10. Cretenses nauigandi principatum tenuerunt.
 Inde vetus prouerbium inuulgatum est, de eo qui quod optimè

nouit, id se ignorare & fugere dissimulat : Cres nescit pelagus, græcè dicitur, ὁ πρὸς τῶν θαλάσσιον. & cum Cretenses fuerint impostores ac mendaces, qui ab Epimenide dicuntur ἀπίστοι καὶ ψευδοί: factum est alterum prouerbiū ἀπιτίζειν, quo uitimur ad mendaces fallacésque. Quin etiam Creta vna ex tribus illis nationibus, propter quas exiit illud, τρεῖς κάππαι κάμισα, Tria Cappapessima: videlicet Cappadocia, Creta, Cilicia : cuius rei supra quoque commemoramus.

Dictynnā Dianam.] Cretes Dianam religiosissimè venerantur, Britomartem gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem : eandem & Dictynnā cognominant, propterea quòd retia inuenerit, quæ græcè dicuntur δίκτυα. Scribit Diodorus in 6. Bibliothecæ, Dictynnā ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè vsam esse: quæ res causam præbuit, vt quidam Dictynnā Dianamque eandem esse existimarent. Callimachus autumat Dictynnā à retibus piscatoriis denominatum, intra quæ fugiens euaserit violentiam Minois regis, eam libidinis causa insequentis, Tibul. Perque suas impunè sinit Dictynna sagittas. De templo Dictynnæ mentio quoque est apud Strabonem. *Siculi tri.*] Queritur cur trilingues Siculos appellauerit. quidam exponunt, quasi dolosos & fraudulentos, quos & bilingues dicimus. Siculos enim acumine pollere constat atque vafricia, quos Maternus bono epitheto acutos appellat. Græci quoque vsurpant hoc verbum σικελίζειν, pro eo quod est πονηρὸς καὶ δειλός, id est, nequiter agere, & præuè. Ego verò intelligo trilingues dici, quia tribus linguis, Græca & Latina & Sicula loquebantur. quamuis nec Latina nec Græca satis bene vterentur : & quod sentit Pedianus Alconius in expositione Verrinarum, & Plaut. signa cum ait, Tibi sexcenti logiatici nullum Siculum acceperis. Sicilissimare Plautinum verbum est, quod significat Siculè loqui. Diuus Hieronymus vocat hominem pentaglotton. id est, quinquelinguem, qui omnibus quinque Græcorum linguis loqueretur. *Styriam Proserpinam.*] In Sicilia ex Ennensium nemore, qui locus quòd in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur, rapta est proserpina à Stygio Plutone, quem Orcum dicunt. M. Tul. in oratione de signis, tradit insulam Siciliam totam esse Ceteri ac Proserpinæ consecratam : quam & Liberam vocant. nam & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur. Syracusani festos dies anniuersarios agunt, eo in loco quo Ditem patrem ferunt penetrasse sub terras à Proserpinæ raptu, abreptamque secum asportasse.

Eleusini

Eleusini Cererem.] Hoc paulo antè explicatum est, & suprà ab Apuleio Eleusis dicta Atticæ sacrarium. Pomponius Mela : in Archide Eleasin Cereri consecrata. *Iunonem aly.*] vt Samij, quia in insula Iunonis sacra celebrabantur. *Bellonam.*] sororè Martis, carminibus poeticis inlytam, quam (vt inquit Augustinus) ita iungunt Marti, vt Venerem Vulcano, Neptuno Salaciam. à bello cui præest Bellona nuncupata, vt à Fomis Pomona, à bobus dea Bobona. *Hecaten.*] De hac diximus suo loco: de qua & Virg. Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Diana. à numerosa effigie & potestate Hecaten dici tradunt: quia Græcè ἑκατόν centum. Orpheus in Argonauticis figmento poetico tradit Hecatem esse tricipitem, id est tria capita habere: vnum equinum, alterum caninum, tertium humanum: vnde à poetis tergemina & triformis dici creditur: Lego apud scriptores Græcos, morem fuisse, vt singulis mensibus diuites offerrent Hecatæ panes & alia quædam, quæ à pauperibus corripiebantur. *Rhamnusiã aly.*] Rhamnus pagus est Atticæ, siue ciuitas parua quidem, illustis tamen, teste Pomp. Mela: quòd in ea sanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Miror Phidiacam nemesin dici à Mela, quam fecerit Agoracritus Parus Phidiæ discipulus: nisi fortè ideo Phidiacam dixit, quia Phidias pleraque è suis operibus nomini Agoracriti donasse fertur. Narrant auctores rem dignam memoratu, quemadmodum scilicet Agoracritus & Alcamenes ambo Phidiæ discipuli, certauere se in Venere faciendâ: vicitque Alcamenes non opere, sed suffragiis Atheniensium, qui Alcameni cuius suo contra peregrinum fauerunt: qua re Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin. Id positum est Rhamnunte, quòd M. Varro omnibus signis prætulit: vnde Nemesis Rhamnusia nuncupata, Catullo, Ouid. poetisque cæteris. De qua intelligi voluit & Lucan. illo versu: Et tumidis infesta colit quæ numina Rhamnus. est autem Nemesis vltix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, arbitra rerum, regina causarum, quam theologi veteres fingentes Iusticiæ filiam, ex abdita quadam eternitate tradunt omnia despectare terrena. Pinna ideo illi fabulosa vestitas aptauit, vt adesse velocitate volucris cunctis existimetur: Eidem gubernaculum dedit, & rotam subdidit, vt vniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Macrobius Nemesin contra superbiam coli, esseque solis potestatem arbitratur: cuius ista natura est, vt fulgentia obscuret, & quæ sunt in obscuro illuminet: sic & Nemesis nunc erectas mentium humanarum ceruices opprimit & enervat, nunc bonos ab imo

suscitans ad bene vivendum extollit. Eandem vocant Adrastrā,
 de qua est proverbiū, ἀδραστὰ νίμισσι. de his qui primò
 fortunati, postremò infortunijs premuntur. Martianus Ne-
 mesin fortunam esse sentit, quam & sortem & Tychen & Nor-
 tiam vocant. Plinius in II. prodidit, post aurem dextram lo-
 cum esse Nemesis, quæ dea (inquit) latinum nomen ne in Capi-
 tolio quidem inuenit. Idem in 28. Alij Græcam Nemesis inuo-
 cantes, cuius ob id Romæ simulachrum in Capitolio est: quam-
 uis latinum nomen non sit. Cum sit hæc dea (vt diximus) vltrix
 improborum, & superbiorum castigatrix. Meritò ita ait apud Au-
 son. Punio sic Persas vaniloquos Nemesis. de hac est & illud Ca-
 tullī: Ne pœnas Nemesis reposita à te, Est vehemens dea, lædere
 hanc caueto. Est & alterum apud Græcos proverbiū, cuius
 mentio fit apud Suidam, νίμισσι παρὸς πόδας βαίνει: id est, Nemesis
 iuxta pedes graditur, quo significatur, fontes celeriter punire. A
 dea Nemesis, quæ Græcis vocabulis dicitur μήμρις, δίκη, ὕβρις, ἐπί-
 στες, τύχη, Græci vocant Nemesis ἀλαζόνων τιμωρὴν: id est, superbo-
 rum vlticem. *Radijs at.*] De Æthiopicis nota sunt omnia, & af-
 fatim scripsi in primo Commentario. nascenti soli subiecti sunt.
 Homer. Bipertitos appellat: super quo longa est Strabonis differ-
 ratio. Illud adde, quòd cum Æthiopicis nigricia sit ingenta, na-
 tiuâque, & consequenter inluibilis, factum est proverbiū ἐπι-
 θίωπα σμίμων: id est, Æthiopem purgans, de hominibus incassum
 laborantibus. Nam (vt inquit Propheta) neque Æthiops mutare
 potest pellem suam, neque pardus maculas. Extat Ætopia fabel-
 la, super Æthiopsis emptore, cuius colorem nullis lauacris, nullis
 purgatorijs medicaminibus poruit immutare. ex quo admonemur,
 vitia naturalia tolli penitus non posse. *Arii que.*] Plin. in 6. A-
 rios post Indiam populos celebrat, de quibus & Stra. in 15. Paropa-
 misidis ad occidentem Arii adiacent, Arii Parthi. hinc Ariana
 dicta Ariorum regio, quam post Indiam collocant. *Pollentes Æ-*
gyptij.] Auctores agminatim & concorditer Ægyptios dicunt
 diuinarum rerum omnium conscios extitisse. à Macrobio Ægy-
 ptus mater artium appellatur, ab Ægyptijs Græci disciplinas om-
 nes mutuati sunt. Pythagoram, Platonem, cæterâque lumina
 doctrinarum petiisse Ægyptias disciplinas, atque ibi à sacerdoti-
 bus ceremoniarum arcana mysteria didicisse, memoriæ proditum
 est. Nonnulli putauerunt Platonem, quando perexit in Æ-
 gyptum, Hieremiam audisse prophetam, scripturâsque propheti-
 cas in eadem peregrinatione perlegisse, quod & diuus August.
 credit in libris de doctrina Christiana, mox in opere serio de
 C iiii

Ciuitate dei scribens, computata diligenter temporum ratione constanter affirmat, Platonem Hieremiæ auditorem esse non potuisse, multis annis ante defuncti. Annotat Ammianus Marcellinus, quod annotatu dignum est, tantam fuisse auctoritatem doctorinarum Alexandriae, quæ Ægypti ciuitas est clarissima, ut medico ad commendandam artem pro omni experimento sufficeret dicere, se Alexandriae esse eruditum. *Reginam Isidem.*] Diodorus, Eusebius, & cæteri tradunt Isiden & Osirim maxima esse numina, & communia Ægyptiorum: & solem quidem Osirim, lunam verò Isin significare. quæ vocabula si quis ad latinam linguam transferat, Osiris dici potest multioculus, Isis verò prisca siue antiqua interpretatur: neque id ab re. nam radios suos sol quasi multos oculos rebus immittit, luna verò prisca semper internaque est. Isin naturam rerum esse, periti interpretantur. *Illuc esset dies.*] Quo scilicet exuto asinali corio, in pristinum hominem reformaberis. *Ex ista nocte nascitur.*] tanquam nox sit mater diei, & dies noctis partus. etenim noctem die priorem esse autamant. legimus apud Cæsarem, Gallos spacia omnis temporis non numero dierum finire, sed noctium, qui dies natales, & mensium & annorum initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur. *Sedatis hybernis tempestatibus.*] Significat diem hunc fuisse vernum, quo Isiacæ mysteria celebrantur. ver enim (ut inquit Plinius) aperit nauigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, & sæuitia tempestatum concluduntur. Fortassis denotantur hilaria: sic enim appellant diem ad octauum Calendas Aprilis, quo primum tempore sol diem longiorem nocte præterdit, quo læticiæ celebratur exordium: & tunc Isis luctus ex Ægyptia religione vertitur in læticiam. *Rudem carinam.*] nouum nauigium, necdum vndis assuetum: signat autem, solitos sacerdotes quotannis die Isiacæ ceremoniæ dedicare nouam carinam, pelago iam nauigabili facto, cum sedatæ essent tempestates vernæ temperiæ. Apud Ægyptios nauis est quædam nomine baris, quæ à Græcis epibasthra nominatur, qua corpora per paludem Acherusiam à portitore vehuntur, cui nomen est Caron. apud Athenienses quotannis quoque (ut docet Plato in Phædone) nauis in Delon insulam mittebatur, spectaculi cuiuspiam causa: quæ donec perueniret in Delon, & rursus Athenas reuerteretur ex Delo, neminem eo tempore publicè necabant. Fortassis autem hæc nauis dedicabatur à Corinthiis, in Isis memoriam, quam nauigio vsam esse constat. de quo Lactantius hæc in primo: Certus dies habetur in festis, quo Isis nauigium celebratur: quæ res docet, non transisse illam, sed nauigasse.

Commeatus.] Sicut primitiæ frugum dijs dicantur, ita primitiæ nauigationis à sacerdotibus Iſtis libabantur in dedicatione tyrunculæ nauis: vt ſcilicet ire ac redire feliciter nauibus poſſent. nam commeatus hoc in loco ſignificat itionem nauium, ipſamque nauigationem: à commeando. Sic Cæſar in commentariis: Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. idem paulo pòſt, prioris commeatus ex poſitis militibus. *Prophana.* Jit religioſa. hæc duo veluti contraria opponuntur, religioſus & prophanus: vt prophanos intelligas dici, non tam deteſtabiles (ſicut vulgo uſurpatur) quàm eos qui ſacris initiati non ſunt, quos ſeculares ex idiotiſmo vernaculæ linguæ nuncupamus. Sic & Seruius expoſuit illud Maronianum: Procul ô procul eſte prophani: id eſt, qui non eſtis initiati. Ego & cæteri qui non ſumus initiati cerimonia, dici non abſurdè poſſumus prophani, quaſi procul à phano. id eſt à templo & cerimonia: cuius cultores ſunt religioſi. Prophanum id dicitur, auctore Feſto, quod non eſt ſanctum. Plautus: Sanctum an prophanum habeas parui penditur.

In procinctu.] apparatus. Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus erat paratus, conſeſtim pugnaturus. A. Gellius: Claſſem procinctam extra pomerium, id eſt, exercitum armatū videre religio eſt. Vnum accepimus eſſe teſtamentorum genus, quod in procinctu dicebatur, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. *Sifstro.* } crepitaculum intelligit. Iſiacum, quod ſacerdotes in pompa ſacroſū

Nã meo monitu ſacerdos, in ipſo procinctu pompe, roſeam manu dextra ſifstro coherentem geſtabit coronam: inconſtanter ergo dimouis turbulis, alacer continuare pompam meam, uolentia fretus, & de proximo clementer uelut manum ſacerdotis oſculabūduſ, roſis decerptis, peſſime mihi que deteſtabilis iam dudum beluæ iſtius corio te protinus exuo: nec quicquam rerum mearum reformides, ut arduum. nam hoc eodem momento, quo tibi uenio, ſimul & tibi preſens que ſunt, cōſequētia ſacerdoti meo per quietem faciēda præcipio: meo iuſſu tibi conſtricti comitatus decedent populi: nec inter hilares cerimoniaſ & feſtiua ſpectacula, quiſquam deformem iſtā (quam geris) faciem perhorreſcet, uel ſiguram tuam repēte mutatam ſequitur

inter-

interpretatus aliquis malignè crimina-
bitur. Planè memineras, & penita mēte
conditū semper tenebis, mihi reliqua vi-
ta tua curricula, adusq; terminos vlti-
mi spiritus vadata: nec mirriū, cuius be-
neficio redieris ad homines, ei totum de-
bere quod viues. Vives autē beatus, vi-
ues in mea tutela gloriosus: & cū spaciū
seculi tui permēsus ad inferos demearis,
ibi quoque in ipso subterraneo semiro-
tundo, me, quam vides Acherontis
tenebris interlucentem, Stygiisque pene-
tralibus regnantem, campos Elysios in-
colens ipse, tibi propitiā frequens ado-
rabis. Quòd si sedulis obsequijs & reli-
giosis ministerijs, & tenacibus castimo-
nijs numen nostrum promerueris, scies
ultra statuta fato tuo spacia, vitam
quoque tibi prorogare mihi tantum
licere.

manu gestabant, vnde sistrati dicti.
Mart. Linigeri fu-
gunt calui, sistrata-
taque turba. Ipsa
quoque Isis figura-
tur cum sistro, vt
diximus. Olim
quidam cum ra-
sisset caput, & ha-
bitu Iliaco esset
indutus, sumpsit
& sistrum: idque
instar sacerdotis
concutiens fefel-
lit, euasit que im-
pendens infortu-
nium. *Incontan-
ter.* } sine cuncta-
tione & mora. *Cō-
tinuare.*] Imperan-
tis est verbum. *Vo-
lencia fretus.* } vo-
luntate mea con-
fusus: Volentia e-

nim à volendo dicta, sicut à valeo valentia: alterum pro volun-
tate, alterum pro fortitudine accipitur. Titinius: Sapiētia gu-
bernator nauem torquet, non valentia. *Osculabundus.*] osculans.
Te protinus exuo. } Ego, inquit Isis, confestim tibi detraham hoc
asini corium, quæ belua mihi iam pridem detestabilis est. Potest
legi Exue, vt sit imperantis verbum, quod magis quadrat cum
antecedentibus subsequētibūque. *Eodem momento.*] Deus vbi-
que locorum præsens est, vbi que totus: nec, dum ad vnum acce-
dit, ab altero recedens. Dogmati Christiano quadrat illud poeti-
cum: Deum namque ire per omnes Terrasque tractūsque ma-
ris, cælūmque profundum. Poterat ergo Dea eodem momento
Lucium monere, quid facto opus foret, & sacerdotem instruere
quid facere deberet. *Constricti.*] coarctati, densatūque ex frequen-
tia. *Sequius.*] in deteriorem partem. *Penita mente.* } In intims præ-
cordijs, sic Plautus: Age quæ sō Hercle, vsque ex penitis faucibus.
ab aduerbio penitus vocabulum inclinatum, cuius & compara-
tuo & superlatiuo vtuntur auctores. Penitissimos Scythas dixit

A. Gellius, intelligi volens extimos ac remotissimos, longèque ab orbe nostro in penitioribus partibus sequestratos. Itidem Sardonius in carmine Phalecio: Francorum penitissimas paludes. *Vitæ curricula.* } cursum. M. Tullius: Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. *Nec iniurium.*] Non est (inquit) iniurium, nec iniustum, te vivere in famulatu meo, cuius beneficio ex asino in hominem sis reformatus, restitutusque. *Vadatas.*] obstricta, mancipata. petit autem, ut Iliacus fiat sacerdos, initieturque suis ceremoniis. *Cuius beneficio.*] Cum beneficio meo, inquit luna, reformatus fueris in hominem, meritò mihi debebis dedicabisque reliquum vitæ, quantumcunque tibi supererit, ut ita viuas sacerdos meus, & in mea tutela consecratus. *Vivere autem beatus.*] Legendum est, viuas autem beatus. *Subterraneo semirocundo.*] Hemisphærium intelligit, quod Antipodes incolunt, quod & inferis assignatur. Est autem sensus: Cum ad inferos ex mortis lege descenderis, ibi me quoque adorabis, ubi Proserpina à Latinis, Persephone à Graiis appellatur: & ita ostendit, se eandem esse & lunam, Isidem, & Proserpinam, & denique rerum naturam, quam multiugo nomine mortales venerantur. Consimiliter de Ioue scribens diuus Augustinus inquit: Ipse in æthere sit Iupiter, ipsa in ære Iuno, ipse in mari Neptunus, in inferioribus maris Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focus domesticis Vesta, in fabricorum fornace Vulcanus, in sideribus Sol & Luna & Stellæ & cætera: quibus docet, deos & deas omnes ad vnum Deum referri. *Campos Elysios.*] Animæ piorum maximèque sacerdotum campos Elysios incolunt, quæ sunt apud inferos domicilia beatorum. Secundum poetas, in medio inferorum est Elysium, suis fœlicitatibus plenum. Secundum philosophos insulæ fortunatæ sunt, quas poetarum carminibus inclytas scimus, & historici dilaudant. Secundum theologos, circa lunarem circulum, ubi aer purior est, & defecior. Dicitur Elysium (ut grammatici interpretantur) *ἄπο τῆς λύσεως*, à solutione. namque animæ post solutionem vinculi corporei deueniunt in Elysios campos. Macrobius primo in somnium Commentario, in sphæra plane Elysios campos esse tradit, quos puris animis deputatos antiquitas intelligi voluit. Apud Græcos, scribitur, *ἡλύσιον πεδίων*, Elysium campum esse *ἐν ᾧ οἱ δικαιοὶ αὐλιζονται*, in quo iusti habitant. *Tenacibus castimonijs.* } Canit poeta in 6. sacerdotes, maximè castos, incolere beatas Elysij sedes, illo versu: Qui que sacerdotes casti, dum vita manebat. Constat, sacerdotes qui maxima sacra accipiebant, renunciare solitos omnibus rebus, quibus

quibus nulla nisi numinum cura remanebat. herbis etiam quibusdam emasculabantur. & vt auctor est diuus Hieronymus in libro ad Geruntiam de monogamia, hierophanta apud Athenas euitat virum, & æterna debilitate fit castus. est autem hierophanta Græco vocabulo, sacrorum sacerdos, M. Tullius in legibus ita præcipit: Ad diuos aduento castè, quæ lex iubet, vt castimoniam corporis & animi simul adhibeamus. In Euangelio scriptum cū sit, Sunt eunuchi qui seipso castrarunt propter regnum cælorum: Origenes ille magister ecclesiæ incomparabilis se ipsum castrauit, & in semetipso re aggressus est implere, quod vox Dominica non historico, sed mystico intellectu præcipiebat. *Promerueris.* } conciliaueris, tibi que propitium reddideris. Oratio spiritualis (vt inquit Cyprianus) Deum promeretur. *Vltra statuta fati spacia.* } Sententia philosophica est, præscriptos esse vnicuique mortalium ex dispositione fatali vitæ terminos, quos non liceat transgredi: legem fati insuperabilem esse, & ineluctabilem. Ex quo est illud Tertulliani: Fato stat Iuppiter ipse. & Græcus in eam sententiam versus hoc idem significat, Fatum summum exuperat Iouem. Attamen ex varietate sectarum philosophicarum traditur, præter fatum multa contingere posse, & fata ipsa prorogari. Ex quo dogmate exiit illud Virgilianum: Atque immota manet fati Lauinia coniux, At trahere, atque moras tantis licet addere rebus. Secundum Aruspiciarum libros & sacra, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri possunt. Igitur cum fato stet sua cuique dies, nunc Luna pollicetur, se vitam Apuleio prorogaturam ultra fati præscriptum & legem, tanquam plus polleat Deus quàm fatale decretum, & liceat Deo vitam prorogare mortalibus aduersus fati necessitatem. Consimiliter in Canonicis scripturis libro quarto Regum, Deus addidit anno 15. diebus Ezechia. Videtur hoc in loco signare palingenesiam Pythagoræ, id est regenerationem qua post exacta curricula, animæ reuocantur ad vitam, diisque corporibus induta reuiuiscunt. Verùm hæc omnis quæsto alterius est instituti. Stoici nasci & mori fati assignant, media omnia fortunæ tribuunt.

*Sic oraculi venerabilis sine prologo,
numen inuictum in se recessit. nec mora,
cū somnū protinus absolutus, pauore &
gaudio, ut dein sudore nimio permixtus
exurgo. summèq; miratus dea potentis*

In se recessit.]
Numen in seipsum
recedit, dum sub-
ducitur collo-
quio oculisque
mortalium, quod
in seipso est. Deus
SSf iiii

in Canonicis scripturis dicitur abscondere faciem, cum hominibus cognitionem sui abscondit. Nimirum Deus intra penetralia penitissima recedit, ad quæ nefas est homini penetrare, cuius mens ad contemplatum diuinæ maiestatis hebetescit, & oculi nostri tanquam nocturni sunt in contuitu fulgoris exuperantissimi. *Tam laram presentiam.*] Sic Virgilius: Nec tam præsentibus alibi cognoscere diuos. Aspectus autem & presentia fauorem affert. *Marino rore.*] Suprà diximus ex auctoritate Procli Platonicæ, aquam marinam ad purificationes adhiberi, propter igneam portionem. *Turbulæ complent.* } Docet quemadmodum Corinthienses celebrare pompabiliter festiuitatē Iſidis solennem, ex ritu videlicet institutæque Ægy

tam claram presentiam, marino rore respersus, magnisque imperiis eius intentus, monitionis eius ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atra fugatubulo, sol exurgit aureus: & ecce discursu religioso, ac prorsus triumphaliter turbule complent totas plateas, tantæque hilaritudine præter peculiarem meam gestire mihi cuncta videbantur, ut pecunia etiam huiuscemodi, & totas domos & ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam & pruinam pridianandies apricus ac placidus repente fuerat insecutus, ut canoræ etiam auicula, prelectante verno vapore, concentus suæves adsonarent, matrem siderum, partem temporum, orbisque totius dominam, blando mulcentes affamine. Quid quod arbores etiam quæ pomifera sole foecunda, quæque earum tantum imbra contentæ, & steriles austrinis laxitate flatibus, germine foliorum remidentes, clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant: magnæque procelarum sedato fragore, ac turbido fluctuum tumore posito, mare quietas alluuiestemperabat. Cælum autem nubilosa ciliagine disiecta, nudo sudoreque luminis proprii splendore candebat. Ecce pompæ magne paulatim procedunt, aneludia vocibus cuiusque studiis exornata pulcherrime, hic incinctus baltheo militem gerebat, illum succinctum chlamyde crepida & venabula venatorem præferant.

Alius

Alius soccis obauratis, indutus sericâ veste, mundoque precioso, & adtextis capite crinibus, incessu persuo fœminâ mentiebatur. Porro alium ocreis, scuto, galea, ferroque insignem, è ludo putares gladiatorio procedere. nec ille deerat, qui magistratum fascib. purpurâque luderet. nec qui pallio, baculoque & baxeis, & hircino barbitio philosophû fingeret: nec qui diuersis harundinibus, alter aucupem cum visco, alter piscatorẽ cum hamo induceret. Vidi & vrsam mansuem, quæ cultu matronali sella vehebatur: & simiam pileo textili, crocotisque Phrygijs catamiti pastoris specie, aureũ gestantẽ poculũ: & asinum pinis adglutinatis adambulantem cuidã seni debili, vt illum quidem Bellerophonem, hunc autem diceres Pegasum, tamen rideres vtrunque.

ptiorum à quibus Græci pleraque omnia sunt mutuati. Præter peculiarem meam.} vltra, inquit, geminum gaudium meum, & hilaritatem, qua ego gestiebam, cuncta quoque hilaritudo nis plena esse videbantur. Pecua.} pecora, brutaque animantia. Pruinam pridianam.] Non absimilis est illa sententia: Nocte pluit rota, redeunt spectacula mane. Ex rore gelido pruinam gigni tradunt Meteorologi: & vt auctor est Aristoteles, pruina fit ex

evaporatione, hyeme & locis hyemalibus magis quàm tepidis. In Cosmographia inquit Apuleius: Huic est pruina consimilis, si mollicies roris matutinis roribus incanuit. *Canoræ auiculae.*] Inter canoras auiculas cum primis lusciniæ numerantur, quibus diebus ac noctibus continuis quindecim per vernum tempus garrulus est sine intermisso cantus, & in tam paruo corpusculo tam modulatus editur sonus, vt perfectâ musicæ scientia in hac aue digna miratu conspiciatur. *Prolectante.*] inuitante ac alliciente Tepor enim vernus, & verna temperies prolectant auiculas ad concentus edendos. *Matrem fiderum.*] Lunam intelligit, quæ mater fiderum, genitrix temporum, mundi domina merito nuncupatur, cum sit rerum natura & opifex. *Blando affamine.* } allocutione & affectu: cantus enim, auicularum sermocinatio est. Democritus tradit, confuso auium sanguine serpentem gigni, quem

quisquis ederet intellecturus sit alitum colloquia. Apollonius Tyrannus (quo nihil diuinius inter homines fuit) cum audiret hirundinem canentem, dixit in cœtu amicorum, eam aliis hirundinibus voce nunciare, aſinum prope urbem onustum tritico cecidiſſe, triticumque humi diffuſum. Cuius rei meminit Porphyrius Platonicus lib. 3. de ſacrificiis. Philoſtratus verò lib. 4. refert, nō hirundinem fuiſſe ſed paſſerem, cuius voce cæteri paſſerculi quaſi commoti, poſt ipſum volitarunt: quod videns Apollonius, ad amicos conuerſus: Paſſer (inquit) ille cæteris nunciauit, inuentum eſſe cibum, cum puer quidam frumentum effuderit. quibus verbis per multi commoti, ad hoc viſendum cucurrere: compertoque vt prædixerat Apollonius, cum clamore atque admiratione ſumma reuerſi ſunt. *Quid quod arbores.*] Plin. & Theophrastus arbores bifariam discriminant, in ſilueſtres ſcilicet & urbanas. quæ ſunt ſilueſtres, nomine ipſo apparet. Urbanæ verò dicuntur, quæ mites fructu, aut aliqua dote umbrarum officio humanius iuuant. Antiqui inſœlices arbores dixerunt, quæ fructum non ferunt: ſœlices verò, frugiferas ſiue pomiferas. nunc Lucius noſter vtrunque genus arborum ait, gaudium quaſi quoddam demonſtraſſe dulci ſtrepitu foliorum.

Vmbra contentæ.] Platanus inter eas arbores numeratur, quarum ſola expetitur vmbra: quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior eſt, quàm ſolem æſtate arcere, vt auctor eſt Plin. hæc arbor vmbre gratia tantum ex alieno petita orbe eſt. *Auſtrinis flatibus.*] Plin. ſcribit, viuifcentia è terra maritari vento fauonio: quo flante, natura animam infert omnibus ſatis. Quibuſdam arboribus geminatur germinatio, nimia ſolis vbertate, aut inuitantis cœli voluptate: & cum cibus arborum ſit imber, & tempore germinationes euocentur, meritò auſtrinis flatibus dixit, qui humectus eſt ventus, & calidus, arbores laxari. Plinius tamen ait, arantes deſatiſcere, ſi blandiantur auſtri: fruges celerius matureſcunt auſtrinis diebus. *Renidentes.* } Flores & folia arborum gaudia ſunt: tunc ſe nouas aliâſque quàm ſunt oſtendunt, tunc variis colorum picturis in certamen vſque luxuriant: tunc fiunt comoliſſimæ, & capillamentis renidentes, quæ prius caluitio deformes, ac ſqualore triftes conſpiciebantur. *Clementi motu.*] modico, leni, blando. ſic enim legendum eſt, non dementi.

Brachiorum.] In corpore arborū, vt reliquorū animalium, cutis ſanguis, caro nerui, vena, oſſa, medullæ, adipēs ſunt: eiſdem pedes, brachia articuli aſſignātur. *Obſibilabant.* } Aptè dixit arbores obſibilare,

sibilare, quarum strepitus sibilum imitatur: Græci ἰδύετομα vocant in arboribus, sibilum ac strepitum. *Tumore posito.*] Signatè locus est. Sic Virgil. Tum venti posuere. *Alluies.* } Rheumata & æstus intelligit, qui bruma & solstitio inanes sunt: qui modici luna noua, ad diuiduam pleniores ab ea inundant: plena maximè feruent, inde mitescunt. Alluionem iuriconsulti appellant inundationem fluuiorum, quo latens incrementum agris inducitur. *Caligine dissecta.*] Nebula exhalatio est vaporata, quæ ortu solis dissipatur, cui serenitas abolitionem infert: nec enim aliud est serenitas, quàm aer purgatus caligine, & perspicuè sincerus. *Sudo splendore.*] Sudum dicunt serenum & liquidum, quasi sine vdo: quale est cælum post pluuias. hic poeta cecinit, Ver noctæ sudum. & in serio opere, Persudum ruralare vident. M. Tullius in epistolis ad Tironem: Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Inde sudificus dictus boreas, quasi faciens sudum, id est serenum: quem Homerus αἰθρησπιῶτα vocat. In Apologia Lucius noster, Specula suda dixit, quæ vdis contraria sunt.

Candebat. } relucebat: à candore dictum verbum. *Ecce.* } Annotauerunt eruditi hanc particulam apud M. Tullium & Virgilium ferè semper significare inopinatum atque improvisum, & subitarium malum: quod non item apud alios. nam & hic & aliubi sæpe signat bonum repentinum. Ouidius: Ecce Corinna venit tunica velata recincta. *Pompæ anteludia.*] Eleganter anteludia pompæ sacrificialis appellat ea etiam præludia, quæ in huiuscemodi speculis præmitti solent, quibus oculi spectatorum mirum in modum capiuntur. Apud nos hodièque in pompa ceremoniali, quæ Deo nostro quotannis peculiariter dedicatur, solent id genus anteludia præcedere, & oblectationes ludicræ vagari, in quibus prophetæ repræsentantur, alati pueri concinunt, scæminarum chorus inducitur, pægmata obambulant, & historia Iudaica conuiscitur: in qua hic Herodem gerit, ille reginam fingit, alij satellites regios repræsentant, quo apparatu ludicro venatores, simiæ, iumenta inducuntur. vnde fit, vt hæc legens pompam omnem nostræ ceremoniæ videre videar, & agnoscere. *Incinctus baltheo.*] Inter anteludia pompæ primus præcedebat miles, hoc est histrio militem habitu reddens: alius apparatu venatorio, venator esse videbatur: alius vestitu & incessu scæminam mentiebatur, alij alias personas sustinebant, prout deposcit ludicra festiuitas. *Crepidæ.* } Lego apud auctores semplotia fuisse calciamenta, siue soleas dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent,

quæ nunc significari videntur nomine crepidarum. Non dispicio quomodo crepidæ venatori conueniant, quæ magis gestamina philosophica sunt quàm venatoria. Codex manuscriptus copides habet, quæ dictio magis quadrat. sunt enim copides, cultri siue gladij recurui, quibus manus siue promuscides elephantorum in prælio milites amputabant: quorum meminit Quint. Curtius. Suidas tradit *κοπίδα* esse machæram. Cope, id est *κόπη*, Græcis est manubrium gladij. *Soccis obauratis.* Modò accipe soccos pro calciatu fœmineo, aliàs dicuntur calcei comædorum: fœminæ autem deauratos calceos induebant, quod censoria castigatione Plinius noster taxat in 33. his verbis: At Hercules tu Brute mulierum pedibus aurum gestari ta-cuisti. Idem in 9. luxum fœminatam castigans: Margaritas, inquit, pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis focculis addunt. In vsu virorum quoque focculos auratos fuisse, testis est Seneca, scribens Caium Cæsarem portexisse ad osculandum sinistram pedem Pompeio Pœno, vt ista ostenderet focculum auratum, margaritisque distinctum. Dixit Plautus in Bacchidibus: Auro habet soccis suppectum solum. vbi solum significatur solea calciamenti, & corium infimum, quod esse solet crassius. sic & apud Epigrammatistam ponitur: Pictorum sola basiate regum. Item, Et mordere luto putre vtrūque solum. *Mundo.* } ornatu muliebri: hoc enim significat mundus vocabulo notissimo, de quo suprâ abundè diximus.

Adtextis capite crinibus. Qui fœminam repræsentat in spectaculo, solet crines fœmineos subtiliter attexere, vt capillamentum natiuum, non insitium esse videatur. Calindrum & galericulum dixerunt veteres, comas adulterinas, quibus concinnitur appositis, & solerter annexis, calui fiunt comati. *Incessu perfluo.* Non potuit significantius exprimere gradum matronalem, quàm perfluum appellando. Vndatim enim incedunt matronæ, & fluctuant, quarum incessus & hac & illac perfluit: quod specimen fastus est, & molliciei. *Fœminam meniebat.*] Cyprianus: Plus illic placet, quisquis virum in fœminam magis fregerit. *Ocreis.*] scuto. Arma sunt & militaria & gladiatoria: ocrea, quòd opponebatur ob crus dicta, sicut à galero galea. Ocreas & cristas primi Cares inuenerunt, galeam & gladium Lacedæmonij, scuta Prætus & Acritus inter se bellantes. Ab ocrea ocreatus nominatur, non solum is qui ferreas ocreas reducit, sed & pelliceas. sic ocreatum venatorem posuit Horat. illo versu: In niue Lucana dormis ocreatus, vt aprum Cæ-nem

nem ego. *Fascibus purpuraque ludere.*] Inter ludicras oblationes & ille quoque inambulat, qui magistratum repræsentabat prætexta purpurea, & lictoribus fascis virgarum ex more gestantibus. Purpuram Sidonius, Cassiodorus recentioresque scriptores blattam appellant. *Nec qui pallio.*] Gestamina philosophi, & Cynicæ insignia familia, sunt pallium, pera, baculus. Quam multi hac tempestate palliati barbati que incedunt, nomen sanctitatis tali habitu vsurpantes, vt non solum philosophi habeantur, sed & deorum consiliarij, & cerimoniarum antistites sincerissimi existimentur: cum reuera sint animalia spurca, & probra, cum impostores sint mali & maliciosi, nulla re prorsus bona digni, foris tristes, domi dissoluti, vestitu philosophi & sancti, moribus spurcissimi. Fronti nulla fides: non barbæ, non pallio, sordibusque affectatis credendum est. Olim (quod huic loco conuenit) ad Herodem Articum adiit palliatus quispiam & crinitus, barbæque propè vsque ad pubem porrecta, ac petiit æs sibi dari ad panes emendos. Tum Herodes interrogat, quisnam esset? atque ille vultu sonitûque vocis obiurgatorio, philosophum se esse dicit. mirari quoque addit, cur quærendum putasset, quod videret. Tunc Herodes, vocem illam memorabilem protulit: Video, inquit, barbam & pallium, philosophum adhuc non video. Horatius barbam philosophi non sine mordacitate satyrica sapientem appellat in Sermonibus, tanquam barba sapientem faciat & philosophum. sic enim inquit apud illum Damascippus: Solatus iussit sapientem pascere barbam. Idem illudens barbatos philosophos, dixit: Vellunt tibi barbam Lasciui pueros. Barbatos quoque magistris poetæ vocitant sapientes & sanctos. palliata mendicabula Lucius noster decenter appellat quosdam, qui palliotenus philosophos imitantur, sordidi prorsus, & imperiti. Diogenes inter Cynicos philosophos famigeratus, pingitur barba comante, sicut Socrates coma candente. hinc illud Perstanum: Si Cynico petulans barbam Nonaria vellat. Consimile est & illud Sidonij Apollinaris: Quæ Cynici per menta feri, rugosæque colla Rupit odoratam redolenti forcipe barbam. Quod autem baculus & pera sit supellex philosophorum, & maximè Cynicorum, ostendit Lucius noster, scribens in Floridis: Quod Crates philosophus peram cum baculo & pallium humi posuerit, eamque suppellectilem sibi esse professus sit. Item in Apologia docet, peram & baculum philosophis Cynicis hoc esse, quod regibus diadema, quod pontificibus galerum. Diogenes baculo vice sceptri gloriabatur. Sidonius quoque Apollinaris libro 9. epistola-

rum: Non cæsariem (inquit) pascere, neque pallio aut claua velut sophisticis insignibus gloriari. Posuit autem Sidonius clauam pro baculo, propterea quòd Hercules quem sectæ Cynicæ auctorem ferunt, claua & leonina pelle vsus est, de quo dictum est: Neque vna pelle vestitor, neque vno baculo comitator. *Baxeæ.* } Dicuntur crepidæ & calciamina philosophica, vocabulo minimè protrito, minimèque triuali, quod apud scriptorem alium non temerè reperiatur. Idem in Floridis, loquens de calciatu philosophico, sic inquit: Vestem de text: rna emere, baxeas istas de suterna præstinare. Item in secundo huius operis volumine dixit, prophetam palmeis baxeis pedes indutum esse. Ex hac Apuleiana doctrina, cum Plautum iam pridem profiterer, correxi opinor rectissimè mendosam dictionem ex Menæchmis, vbi sic passim legitur: Quis iste est peniculus, qui extergitur baxe? Ego fidenter & plausibiliter monui, vt in locum baxe, quod vocabulum est cassum, & nihil valet, substitueretur baxe, dictio vetus, & ad sententiã Plautinam mirè faciens. nam alludens ad nomen peniculi, quod genus spongiæ est, quo baxeæ, id est, calciamenta hodièque exterguntur, festiuiter dixit ex persona Menæchmi, ignorantis Peniculum parasitum: Non noui, inquit, alium peniculum, quàm illum quo calcei exterguntur, fiuntque nitidiores puluere deterfo: intelligens spongiam, quæ peniculus vocatur, & est inter cæteras mollissima: de qua Plinius copiosissimè in 31.

Hircino barbicio.] hircina barba: porrecta scilicet, & proluxa ad similitudinem barbæ hircorum, quos barbigeros esse conspiciamus. Plautus in Pseudolo: Heus tu, qui cum hircina stas barba, responde quod rogo? Pili viris crescent, Plinio teste, maximè in capite, mox in barba recisi: non vt herbæ ab cætera incisura auferuntur, sed ab radice exeunt. Omnium caprarum mento dependet villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprensam ex grege vnã trahat, cæteræ stupentes spectant. eos autem qui philosophi videri volunt, barbatos conspiciamus, barba ad pubem vsque porrecta, tanquam barbicum illud faciat sapientem. verùm non omnis barbatus est sanctus, non omnis discalciatus integer, denique non omnis cum sacerdotali veste est sacerdos: cù sæpe sub tali habitu flagitiosissimi nequissimique delitescant, de quibus dici potest, Dolosi homines, dolosa vestimenta. Proinde Hieronymus salubriter præcipit Eustochio, vt viros illos fugiat, quorum fœminei sunt crines, & hircorum barba, nigrum pallium, & nudi impatiètia frigoris pedes. *Cum fisco.*] Lege, cum visco: obrepsit enim minutulus error, vitio linguæ barbaricæ.

Diversis

Diversis harundinibus.] Piscatoria & aucupatoria, namque harundines aliæ seruiunt piscatoribus, aliæ aucupibus. Plin. in 16. vtriusque generis meminit hisce verbis: Aucupatoria harundo à Panormo laudatissima, piscatoria ab Aritana ex Africa: calami aucupatorii græco verbo vocantur ixeuræ. *Cum hamo.*] Hamiotas & hamatragonas dixere antiqui piscatores, ab hamo: vnde hamata munera captatoris decenter dicta, quæ insidiosa sunt, & hamos imitantur.

Manſuem.] Manſuetam. sic veteres loquebantur, vt supra annotauimus. sic & Plautus: Reddam te ex fera fame manſuem: vel, vt alij codices habent, manſuetem. *Cultu matronali.*] Spectaculum prorsus ludicrum, & ridiculum, vrsam vehi in sella ornata matronali. Haud abſimile est illud Horatianum: Siquis lectica nitidam gestare amet agnam, Huic vestem vt gnata, paret ancillas, paret aurum. *Simiam pileo.*] Sape & apud nos inter oblectamenta oculorum exhiberæ sunt simiæ vestitu & calciatu ludibundæ, quæ maximè hominum imitatrices sunt, & parasitæ. Cum operæ precium sit nihil omittere, de simiis ista produuntur. Venatores imitatione calceari gestiunt: ob hoc illi inungunt laqueos visco, quo oculos oblinunt, & ita capiuntur: amant fœtus, immoderatè exultant noua luna, tristes sunt cornuto & concauo fidere. Cercopithecii caudas habent, vnde & nomen. Cynocephali & ipsi sunt in numero simiarum, quibus efferatior natura est. Sunt & satyri mitiores, callitriches, & facie barbam habent: vnde à pulchritudine barbitij sic dicti. Refert Possidonius, se vidisse siluam quãdam simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent: nonnullæ catulos haberent, & vbera pendencia: nonnullæ etiam caluæ, quædam herniosæ conspectæ cum risu sunt. De simia Ennius: Simia quàm similis turpissima bestia nobis. Græci *πῆνη* dicunt: vnde Pithecusis insulæ inditum nomen. Quidã existimauere à multitudine videlicet simiarum. ad quem intellectum Ouidianus versus referri solet: Colle Pithecusas habitantum nomine dictas. verùm Plinius in 3. opinione hanc refellit, scribens Pithecusam insulã dici à Græcis, non à simiarum multitudine, sed à figulinis doliariorũ. Græcè enim *πῆνη* dicitur dolium: illic enim doliarij opifices, dolia & figulina opera peculiariter conficiebant. & ita Ouidianum carmen, vt congruat cum Pliniana sententia, poterit exponi, vt à nomine habitantium exponas, à nomine doliariorum. De hoc tamen opinetur, vt cuique libitum erit. Prouerbiũ est apud Græcos, cuius meminit & Suidas, *γῆρας πῆνης ἢ ἀλίσπαται*, id est senex

simia non capitur. *Crococij Phrygiis.* Purior dictio Crocotis. sunt enim crocotæ, & per diminutionem crocotulæ, vestes crocei coloris: quatum infectores crocotarij dicuntur. in Aulularia: Incedunt infectores crocotarij. De his supra scripti. *Catamiti pastoris.* Dicit simiam crocotula veste indutum, gestasse poculum ad instar Ganymedis, qui catamitus est Iouis, & pocillator: quem in cœlo aquarium esse fingunt poeta, & Græco vocabulo Hydrochoon vocant. Catarium mitos dici pueros meritorios & concubinos, sat notum. Camitum, Iouis esse Ganymedem, nemo non nouit: quem hoc in loco pastorem vocat, sicuti supra rusticum nominauit. Ut ridiculi sint illi, qui sinceram lectionem interpolantes, pro rustico puero corrigunt Rhetem: tanquam Ganymedes dicendus sit Rhetus, hoc est Phrygius, & non rusticus. Intoleranda est quorundam male literatorum licentia, qui non tam explicant quàm implicant, non tam corrigunt quàm corrumpunt prisca volumina: cuiuscemodi homines magis obsunt quàm profunt Latinæ linguæ. Igitur Apuleius sibi consentaneus & concors, Ganymedem scitè rusticum appellat: quem hic pastorem dicit. nam si pastor, consequenter & rusticus. *Asinum p. n. agglutina.* Ad representandam Bellorophontis fabulam, pro Pegaso equo volatico inductus est asinus cum pinnis annexis: pro Bellorophonte senex, ut rex esset spectatior, ridiculosiorque. De Bellorophonte, suo loco superius explicata sunt omnia.

Pompa.] Olim Apelles pinxit Megabyssi sacerdotis Dianæ Ephesicæ pompam.

Sospitatrix dea.] Lunam intelligit, siue Isiden, deam illam multinominam, quæ merito sospitatrix vocatur, cuius nutu & numine cuncta sospitantur, in terris cuncta viuiscunt.

Candido ami.] vestitu. Dicuntur

Inter has oblectationes ludicras popularium quæ passim vagabantur, iam sospitatrix deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, vario latantes gestamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua sacer incedebat comitatus, solû sternebant flosculis. Aliæque nitetibus speculis pone tergum reuersis, venienti deæ obuium commonstrarent obsequium. Et quæ pectines eburneos feretes, gestu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum atque obpexum crinium regalium singerent: illæ etiâ, quæ cate-

vis unguentis & geniali balsamo gutta-
tim excusso conspergebant plateas. Ma-
gnus præterea sexus utriusq; numerus,
lucernis, tadis, cereis & alio genere ficti
luminis siderum caelestium stirpem pro-
pitiantes. Symphonia dehinc, suaves fistu-
la, tibiaque modulis dulcissimus perso-
nabant. eas amœnus lectissima iuuentu-
tis veste nivea & cataclista prænites
sequebatur chorus, carmen venustum
iterantes, quod camœnarum favore so-
lers poeta modulatus edixerat, quod ar-
gumentum referebat. interim maiorum
antecantamenta votorum.

ramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta. *Nitenti-
bus.*] lucidis. *Ponè.*] Post tergum, à tergo. Dicit autem fuisse quas-
dam mulieres, quæ à tergo gestabant speculum, ut ita pompati-
cum ministerium conuiceretur. *Reuersus.*] id est, retro versus, &
à tergo positus. vel lege *Reuexis*, pro retro inclinatis, obliquatis-
que. *Pectines ferentes.*] Augustinus in 6. de ciuitate Dei, & ante
August. Seneca, superstitionem Ethnicorum illudentes, scribunt
in hanc sententiam conducenter: Sunt quæ Iunoni ac Mineræ
capillos disponant, longè à templo, non tantum à simula-
chro stantes, digitos mouent, ornantium modo, sunt quæ
speculum teneant, sunt quæ ad vadimonia sua deos aduocent:
sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant.
Obpexum.] pectinationem: nomen est quarti ordinis. nam à
pectendo pexus, & per compositionem obpexus dicitur. Si-
gnat autem, fuisse in pompa Iliaca quasdam mulieres, quæ vi-
cem ornatricum implentes, fingerent se pectinibus pectere cri-
nes reginæ Iſidis. *Geniali.*] voluptario, & ad genitalia obeun-
da accommodatissimo. *Siderum caelestium stirpem.*] & populum
stellatum numerosissimum, quæ cum igneæ sint, ardentisque
naturæ, meritò propitiantur flammis, flammiumisque instru-
mentis. *Symphonia.*] Annotandum, à nostris symphoniam pe-
nultima correpta enunciari: contra vulgi producentis consuetu-
dinem. hoc docent cùm cæteri, tum Horatius, scribens: Tum
gratas intermentas symphonia discors. Symphoniam nostri cō-
centum interpretantur: inde symphoniaci dicti cantores musici,

quorū mentio apud auctores. *Lecliffima. Jelecliffimæ. Veste ni. ca.* Homines (quorū nominib. parco) in ætate nostra alioquin doctiffimi, locū hunc Apuleianū ita legebāt, Chorus cataclista: exponētes chorū cataclitā dici, ex cataclis pueris cōstantē. Cataclistos autē pueros esse dicebant formosos, & egregiē canentes: quorum Viétruius meminisset 8. & in hoc interpretamento sibimet applaudebant, tanquam Gordianū nodū dissoluissent, quibus nos planē permittamus, vt se ament, & sua: nos certē riuales non habebunt, cæterum ne commentationes nostras asseramus citra alienā infectationem, scito cataclitā dici vestem vndique clausam, quales hodiēque nostri sacerdotes in pompa sacrificiali induunt. dicitur autem cataclista à verbo Græco *κατακλείω*, quod significat claudio. Alij deducere malunt à *κατακλαίω*, quod est frango: tanquam sit vestis sine manicis mutila, quam & colobium vocant. antiqui enim (quod & Seruius grāmaticus memorat) collobiis vtebantur, & vt auctor est Gel. tunicas citra humerū desinētes sine manicis habebant, quod genus Græci dicūt *ἐξωμίδας*. nam tunicæ manicatæ non sine probro habebantur. Colobia autem (vt id quoque explicemus) vestimenta appellant mutila, sine manicis, & quasi trunca: à verbo Græco *κολοβίω*. Legimus in Decretis canonicis, quod Paulus primus heremita in testamento colobium suū Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, vbi colobium accipitur pro hoc genere vestis, quod iam descripsimus. Sensus autem Apuleij hic est: chorus splendens & lucidus in veste candida & manicis carente, sequebatur pompam præcedentem. & ita cataclista erit septimus casus, & cum veste copulabitur. Suidas auctor est, cataclista dici *ἐπίτοισ* hoc est sedilia ad mensam parata. *Solers poeta.* Vt scribit Horatius, Carmine dii superi placantur, carmine manes, Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit. Olim cum Augustus Cæsar celebraret seculares ludos, cantatum est Horatianum carmen à virginibus, puerisque prætextatis. Liuius quoque Andronicus poeta quondam carmen composuit, quod Romæ in sacrificiis cantauerunt. *Quod argumentum.* Carmine poetico argumentum festiuitatis & pompæ totius referebatur. *Antecantamenta.* vt anteloquia dicuntur præfamina sic & antecantamenta sunt illa quæ præcinūtur ante vota & preces legitimas.

Magno Sera.
 Apis rex Argiuorum
 transuectus
 in Ægyptum, cū
 bi mortuus esset,

Ibant & dicati magno Serapi tibicines,
qui per obliquū calamum ad aurē
porrectum dextram, familiarem tempore
deique modulū frequentabant.

rique, qui facilem sacris viam dari predicarent. Tunc influunt turbae sacris diuinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis, & omnis aetatis, linthea vestis candore puro luminosi. illa limpido tegmine crines madidos obuoluta: hi capillum derasi funditus, vertice praenitentes, magna religionis terrena sidera, aereis & argenteis, immò verò aureis etiam fistris argutum tinnitum constrepentes: & antistites sacerorum proceres illi, qui cādido lintheamine cinctū pectoralē adusque vestigia strictim iniecti, potētissimorum domini proferebant insignis exuuias. Quorum primus lucernā praenitentem porrigebat lumen, non adeò nostris illis consimilem, quae vesperinas illuminat epulas: sed aureum cymbium in medio sui patore flammulam suscitans largiorem. Secundus vestitu quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria. idē auxilia, quibus nomen dedit propriū, dea summatis auxiliaris providentia. Ibat tertius, attollens palmam auro subtiliter foliatam, necnon mercurialem etiam caduceum. Quartus equitatis ostendebat indicium, deformatam manū sinistram, porrecta palmula, quae genuina pigritia, nulla calliditate, nulla solertia praedita, videbatur equitati magis aptior quàm dextera. idē gerebat & aureū vasculum in modum papillae rotundatū, de quo lacte libabat. Quintus

factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Cur autem nō Apis post mortem, sed Serapis appellatus sit, M. Varro, August. Eusebius & Nymphodorus rationem hanc reddiderunt, nam quia arca in qua mortuus ponitur, soros dicitur græcè, primo Soros apis, deinde litera vna (vt fieri solet) commutata Serapis dicitur est. Constitutum est etiam de illo, vt quisquis eū fuisse hominem dixisset, capitalem penderet poenam. vnde in omnibus templis vbi colebantur Isis & Serapis, erat etiam simulachrum quod digito labris impresso admonere videretur, vt silentiū fieret, vtq; taceretur eos homines fuisse. dicebatur autē Harpocrates ille silentij monitor de quo M. Varro: Harpocrates digito significat silentiū. Pli. I. a vero Har

pocratem statua- *auream vannum aureis congestam ram-*
 que Ægyptiorum *mulis: & alius ferebat amphoram.*
 numinum in di-

gitis viri quoque potare incipiunt. hinc Catul. silentiosum
 atque taciturnissimum intelligi volens, scitissime dixit: Factum
 me esse puta Harpocratem. De hoc intellexit & Ouid. illo ver-
 su: Quique premit vocem, digitisque silentia suadet. Ab Aulo-
 nio dicitur sigalion, à silentio, vt opinor. *σιγαλον* enim græcè sileo,
 & *σιγη* silentium. idem M. Varro Serapin & Isim Ægypti deos
 eosdem esse: censet cælum & terram, qui vt Samothracum ini-
 tia docent, sunt dei magni, multisque nominibus nuncupantur.
 Apud Alexandriam templum fuit Serapidis opere fornicario
 constructum, & mira arte visendum: in quo simulachrum dei
 ita erat vultum, vt dexteram vnum parietem, alterum læuam per-
 stringeret: quo lex omnibus generibus metallorum lignorum-
 que compositum ferebatur. erat etiam dolis & arte composita
 fenestra perexigua ab ortu solis ita aptata, vt radius solaris per
 eam directus os & labra Serapis illustraret: ita vt inspectante
 populo, osculo salutaris Serapis videretur à sole. Erat & aliud
 ibi fraudis genus huiusmodi. simulachrum solis ex ferro fabre-
 factum in aere pendens vilebatur, cum in laquearibus lapis ma-
 gnes subtilissimo artificio intextus vi naturali ferrum ad se ra-
 peret, cogeretque simulachrum paulatim assurgere, atque in su-
 blime sustolli: quæ res inspectores miraculo rei attonitos facie-
 bat, atque venerabundos. Quidam Serapin Iouem putant, cuius
 capiti modius superpositus, vt indicet cum mensura modoque
 cuncta moderari oportere. Alij genium Nili esse autumant, cu-
 ius Ægyptus opibus & fecunditate pascatur. De origine Se-
 rapidis Cor. Tacitus non parum multa. Lactantius in primo:
 Hic est Osiris, quem Serapin & Serapidem vulgus appellat. La-
 ctantio subscribit Martianus in hymno sic scribens: Te Serapin
 Memphis, Nilus veneratur Osirin. Serapium & Isium appellat
 Lampridius templum Serapis & Isis. in Alexandro Marcelli-
 nus Serapium refert eminere inter Ægypti templa, ita exorna-
 rum, vt post Capitolium nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.
 Per obliquum calanum. } obliquam tibiam intelligit, quam Midas
 in Phrygia primus inuenit: sicuti monaulum Mercurius, & ge-
 minas tibias Marsias. Dicitur autem monaulon, singularis tibia
 & simplex, vnde & nomen de qua epigrammatarius: Sæpe duas
 pariter, sæpe monaulon habet. *Modulum*.] modulatum carmen.
 Sacris vi. da.] In pompa sacrorum hodiè que aliquot præficiun-
 tur, qui iubeant viam dari, vt pompa sine offensaculo pompa-

biliter procedat. Ex instituto solenni præterea præcones præclamare solebant. Hoc agite: quo verbo admonebatur, reliquis rebus posthabitis sola sacrificia curanda esse. Illud quoque obiter annotandum, placuisse maioribus loca velari qua pompa veheretur: sicut etiam apud nos conuelantur. causam refert Verrius Flaccus. scribit enim: Cum Pop. Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidere quod dii despicerentur: anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum: euenissetque ut Circensium die puer de cœnaculo pompam supernè despiceret, & matri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti (quod vehiculi genus est) composita vidisset: qua re senatui nunciata, tunc placuit loca velis contegi, qua pompa vehi solet: atque ita peste sedata, puer qui ambiguitate sortis absoluerat, prætexta gestandæ munus impetrauit. ambigui autem oraculi fuit in verbo Despicerentur: nam qui audit quod dii despicerentur, statim intelligit quod dii & cæremonia negligenterentur, haberenturque despicatui: cum tamen oraculum quod semper flexiloquum est & amphibolon, intelligi veller, quod dii despicerentur, quod nefas est, & ad pollutionem sacrorum pertinet. vnde & nostri hodieque in pompa sacrificiali pueros & puellas ex fenestris vetant despiceret, hoc est, superne in locum inferiorem despectare. *Initiata sacris.* Inter religiosos ascitæ, & cultui cæremoniarum dedicatæ. M. Tullius auctor est, mysteria appellari initiata, quibus ex agresti vita exculi ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia. vnde initiari est, ritu sacrorum institui, & sacris diuinis ascribi. idem M. Tul. Diligentissimè (inquit) faciendum est, ut in initentur eo ritu cæteri, quo Romæ initiantur. M. Varro ait, quod initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur. Dies initiorum dicuntur à Livio, quibus solennia sacrificia celebrabantur, quibus nefas erat interesse non initiatos. In alio significato notissimo initiari est inchoare & auspiciari. Firmicus Maternus Ver initiatur, cum primam arietis partem sol fuerit ingressus. *Lineæ ve. causa.* Orphei & Pythagoræ placita laneum vestimentum in rebus diuinis, ut prophatum impiumque vituperant, cum lineum velamentum ut purissimum mundissimumque maximè probent. vnde non modo indutui & amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris vsurpabatur. Scribit Plin. lib. vii. de uigesimo, vestes sacerdotib. Aegypti lineas gratissimas esse, eo genere lini quod xylon vocant: vnde & dicta xylina, quibus nulla sunt in candore mollitiæve præferenda. igitur cum Isaci,

id est Isis sacerdotibus lintea veste propè peculiariter vterentur, à poetis perpetuo epitheto linigeri cognominantur. sic Ouid. Iu uenal. Martial. sic cæteri ore consono appellitant. Apollonio Tyaneo apud Domitianum principem inter cætera crimina, hoc quoque accusatores calumniiosi obiecerunt, quòd vestitu lintheo vteretur: quòd crimen diluens, vt futile & nugatorium, ò diuine Pythagora (inquit) tu pro me ipso causam dicito. pro his enim in iudiciu vocor, quorum tu inuentor, ego imitator sum. Pythagoras enim AEgyptiorum disciplinam cum primis laudans, lineis amiciri constituit, & calciamenta ex arborum corticibus fieri mandauit, vestitum impurum esse autumans, qui ex morticina materia confectus gestaretur. ideo autem impurus ex lana vestitus AEgyptiis sacerdotibus & Pythagoræ, & mox Apollonio videbatur: quoniam ab animato decerpitur, & ex eo quidem animali quòd inter cætera mitissimum est. linea verò vestis ideo pura habita est, & sacrificantibus in primis accommodata, quoniam linum ex terra oritur. Quæcunque autem ex terra nascuntur, munda & pura esse existimauerunt. Hæc & id genus alia apud Philostratum memorat Apollonius. vnde Sidonio data est occasio appellati Apollonium inter purpuratos linteatum. Quid multa? nonne hodie quoque nostri sacerdotes linteati linigerique in sacrorum pompa incedere conspiciuntur? ritu opinor translato AEgyptiis sacerdotibus, de quibus hæc Herodotus: Vestibus amiciuntur lineis, circa crura simbriatis, quas calasiras appellant: supra quas candida fuerunt amicula, tanquam superiecta. Lanæ neque in ædes sacras gestantur, neque vnà cum cadauere sepeliuntur: prophanum enim est. Idem aliubi: Linea (inquit) ferunt vestimenta semper recens abluta, huic rei præcipuè vacantes, calceos papyraceos gestant. aliam vestem, aut alios calceos induere eis fas non est. à lintea veste linteones dicti linteorum textores. scribit Maternus, Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, quòd illa coniunctio faciet linteones aut tabernarios. Alexander Romanus imperator vestigal pulcherrimum instituit, Lampridio teste, bracchariorum linteorum & pallionum. vbi braccharij & palliones dicuntur, braccharum (quæ vestes sunt) & palliorum confectores. *Limpido.* } lucido, splendentem. Limpida stella est in secunda parte leonis, quæ in horoscopo facit reges. *Madidos.*] unguentatos. *Crines madidos.*] unguento delibutos. *Capillum derasi.*] Sacerdotes AEgyptiaci erant capitibus derasis, quòd Plin. noster indicat, & ante Plin. Herodotus sic scripsit: Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in AEgypto derasi. Idem refert, solitos eos totum corpus alter-

nis diebus deradere, ne inter deorum cultum quicquam pediculorum, aut alterius excrementiciae sordis illos pollueret. Lactantius lib. I. Institutionum, illudens sacra Isidis Aegyptia sic refert. Primò sacerdotes eius deglabra à corpore sua pectora rudent, lamentantur, sicut ipsa cum perdidit filium fecerat. ob hoc poetæ caluoshosce sacerdotes decenter appellant. Satyrographus. Cum grege linigero circumdatus, & grege caluo. Epigrammatista: Linigero fugiunt calui, sistrataque turba. quinetiam Lampridius de imperatore Commodo scribens, sic inquit: Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, Anubim portaret, & omnes partes expleret. Ex hoc Isiacorum ritu videtur id quoque translatum esse, ut nostri sacerdotes comam alere prohibeantur, capite deraso: quamuis ecclesiastici scriptores hoc veluti mysticè & tropologicè interpretantur. nam Divus Hieronymus tradit, quòd ratio capitis est temporalium omnium depositio, & quòd corona in capite designat regni cœlestis coronam. hoc idem legitur in Decretis canonicis, 12. q. 1. De caluis celebre est proverbiū apud Græcos, *καλαυγον τίνει*, id est, caluum vellis: quod refertur ad cassos inefficacésque hominum labores. Illud attende, à nobis explicari hunc totum ceremoniarum ritum secundum mysteria Aegyptiorum: quamuis hæc res fiat Corinthi, ex formula tamen & instituto Aegyptiacæ religionis: hoc enim in primis significari voluit Lucius noster. *Verberantem pravitates.* } qui deraso capite sunt, vericem habent splendentem. *Terrena sidera.*] Magna sacerdotum dignatio & maiestas, qui terrena sidera dici mereantur. Sacerdotes hodie mundi lumina nuncupantur. & distinctione 96. legimus, quòd aurum non tam preciosius plumbo est, quàm regia potestate altior ordo sacerdotalis. Vnde tu archeepiscope amplissime, dici meritisimo potes terrenū sidus, & quidem fulgentissimum; cū in te fulgor sacerdotalis & literarum splendor elucescant & radiant. Columella oppidò quàm eleganter terrestria sidera flores appellat, illo versu: Pingit & in varios terrestria sidera flores. *Aereis sistris.* } Suprà diximus sistra dici crepitacula, quæ agitata reddebant argutum sonum: ob hoc sonabile sistrum à poetis dictum, simulachrum Isidis cum sistro figurabatur. hinc illud satyricum: Isis & irato feriat mea lumina sistro. Sistratos Isis sacerdotes poetæ appellant, à gestamine sistrorum: ut inquit Suidas, *Ισιδος δεσποτὸν τίστρον*, id est Isidis cultores sistrum quatiabant. vnde à verbo Græco *στίζω*, quod significat quatio, inditum nomen. *Argutum tinnitum.*] stridulum sonitum, qualem scilicet reddunt *araméta*. *Antisites primarios.*] Sacerdotes intelligit, quos

protomyſtas Græco vocabulo Sidonius vocat, qui Archiflamines quoque nominantur. Libro Codicis primo legitur, Archimandritas nominari proceres ſacerdotum, & antiſtites: qui ab eo quod ante ſtant & præpollent, nomen ſortiuntur. antiſtitium vocabulo elegantiffimo dicitur excellentia & apex. Marcianus: Venerabili antiſtitio præmebat Athanaſia. Inter protomyſtas es tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacraſſime, qui in ordine epiſcopali venerabilis maieltatis antiſtitis præcellis, & inſtat Luciferi inter minores ſtellas eniteſcis. *Cinctum peſturalem.* } non tam cincturam, quàm veſtem, hoc in loco cinctum accipimus. nam & Porphyrius docet, cinctum tunicæ genus eſſe infra peſtus aptaæ, à quo cincturos Ceregos Horatius nominaverit. M. Varro: Cinctus (inquit) & cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Videtur autem denotare id genus veſtis ſacerdotalis, quæ ex lino poderis erat: id eſt, talaris duplici ſyndone, quam Joſephus, Hieronymus & cæteri byſſinam vocant. Hæc adhæret corpori & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla omnino in veſte ſigura, & vſque ad crura deſcendat. Fuit & apud antiquos veſtimenti genus nomine cingulum, pellis colubrinæ ſimilitudine, rotundum, textum, vt maſſupium longius putes. Hoc baltheo lineam tunicam talarem ſupradictam ſtringunt, inter umbilicum & peſtus. *Pientiffimorum domini.*] Lege deum: id eſt, deorum dicit enim, proceres ſacerdotum oſtentatſe exuuias deorum maximorum. Exuuiarum autem nomine ſymbola quædam peculiaria & geſtamina diuina, hoc in loco ſignificantur: vt lucerna, caduceus, vannus, & quæ ſtatim explicantur. *Primus lucernam.* } Religionis Aegyptiæ ſymbolum eſt lucerna, vt opinor pertinens ad Oſiridis veſtigationem, quem perditum cum luctu quarunt, mox inuentum magno gaudio proſequeuntur auctores Seneca, Auguſtinus, Lactantius, & cæteri. Ob hoc videtur Seneca in lib. de Beata vita ſic ſcripſiſſe: Cum laurum ſinteatus ſenex, & medio lucernam die proferens, conclamat iratum aliquem deorum, concurritis & auditis. Apud nos hodieque in pompa ſacrorum ceroferarij conſpiciuntur, ritu propè conſimili atque germano. Tertullianus denotat hunc ritum lucernarum ſolennium, & improbat inquiens: Cur die læto nec laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Poſt lucerna hæc videri ſymbolum ſolis, qui & Oſiris dicitur, cuius luce cuncta colluſtratur. Præterea auctor eſt Herodotus, feſtinitatē ſolennē Aegypto celebrari, cui nomen eſt accenſio lucernarum, propterea quod noctu ſub dio per vniuerſam Aegyptū

lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo el-lychnio, quòd tota nocte ardens perduret. Cur verò sic lucernæ accendantur ad sacra, quædam ratio commemoratur, quæ auribus prophætorum minimè intimidanda sit. Ad hunc mysticum sensum referri non absurdè posset illud Persianum: Dispositum pinguem nebulâ vomuere lucernæ Portantes violas. Potest hæc lucerna symboli videri inquisitionis Osiridis. Quid si ad Vulcanum referatur, quem inventorem ignis primùm in Ægypto regnasse, sacerdotes affirmant? Lucernati verbum vetus est, quod significat lucernis dispositis illuminare. Hinc illud: Tecta lucernantur florentia numina fertis. *Cymbium*. } poculum, à cymba dictum, cuius effigiem repræsentat: de quo supra. *Pectore*.] Corripo patore: etenim pator Apuleianum vocabulum, significans hiatum, apertionemque: & est orificium patens. *Vestis similis*.] linteamine candido indutus. *Idem auxilia*.] dic, id est auxilia: est enim quoddam quasi interpretamentum, vt lector audiens altaria sacerdotis manu gestari, intelligat ea auxilia nuncupari. Cur autem ita nuncupentur, statim subiungit, ab auxilio scilicet, quod auxiliatrix dea Isis cultoribus suis præstat: itaque altaria hæc possunt videri symbola auxilij diuini. Apud Plautum loquitur in Cistellaria deus cui Auxilio est nomen. *Palmas*.] tanquam sit symbolum victoriæ, & argumentum palmiferæ regionis. scribit Plin. Dactylos palmarum honori deorum dicatos esse. *Caduceum*.] Ægyptij caduceum Mercurij sic figurant: Dracones duo masculus & fœmina coniunguntur parte media voluminis sui, nodo quem vocant Herculis: primæ partes reflexæ in circulum sunt, caudæ verò reuocantur ad capulum caducei: ornaturque alis ex eadem parte capitis nascentibus. Argumentum caducei ad genituram hominum (quæ Genesis appellatur) Ægyptij pertinere demonstrant. Plinius ideo caduceum fieri asserit, circumdata effigie anguim: quia angues sunt concordissimi inter se, & complexu mutuo copulantur. vnde & caduceum signum pacis & symbolum esse voluerunt. hinc caduceatores dicti, pacis internuncij Liuius, Curtius, & cæteris. Caducifer quoque ipse Mercurius à poetis nominatur. *Deformata manu sinistra*.] Videtur discordare Lucius noster à Diodoro, qui scribit in quarto Bibliothecæ, quòd inter sacras literas Ægyptiorum deformatur manus dextra expansa, liberalitatem significans: sinistra verò compressa, tenacitatem atque avariciam. Verùm nullum est inter scriptores super re ista dissidium, cum vtrunque fieri commodè potuerit, vt sinistra compressis digitis esset symbolum tenacitatis, eadè explicata palma

foret indicium æquitatis. *Genuina pigrizia.* Ingenita & naturalis: sinistram enim natura in hominibus pigriorem esse, quàm dextram, sat notum, præterquàm in his qui scævæ nominantur: tales enim agiliore sunt sinistra, vnde & illis inditum nomen. Scævam enim Græci sinistram vocant. Talis vir Tiberius, quem scribit Tranquillus sinistra manu fuisse agiliore ac validiore. Jurisconsulti rit. ad ædilitium edictum, Scævam, hoc est hominem agilioris sinistra, neque morbosum neque vitiosum esse tradunt. Albertus Magnus in secundo de animalibus, causam refert sinisteritatis: Quia videlicet (inquit) iecur & cor virtutes suas mittant in sinistrum latus, & à dextro removeantur. Contingit etiam aliquando, vt quis à puero sinistram quàm dextram frequentius exercent, fiatque inde consuetudo, & ex consuetudine natura. Scripsi in Tranquilli commentariis, ambidextros dici, qui vtraque manu pariter vtantur, quos Græci amphoterodexios vocant: de quibus Plato, Aristoteles, Hieronymus. Sed quod ad sinistra manus pigriziam pertinet, quodque memoratu dignum est, comperio apud auctores, quod annuli preciosi dextra manu exempti sunt, quæ multum negotiorum gerit: & in sinistram relegati, quæ ociosior est, ne crebro motu & officio manus dextræ preciosi lapides frangerentur. *In modum papillæ rotundatum.* } Vasculum hoc papillæ lactanti simile videri potest indicium bouis, in quam lo reformata est, & mox facta dea Isis, vt fabulæ ferunt. potest & hoc symbolum esse fecunditatis Niloticæ, vt sicut lac profusum ex papilla saginat foetum, ita aqua Nili exuberans opimat Aegyptum. Obiter annotandum, quemadmodum Helena in templo Mineruæ sacrauit calicem ex electro, mammae suæ mensura. Inclytus Vldricus Rosenfis, inter barones Boemiæ primarius, inter discipulos meos transmontanos clarissimus, cum mecum semper egerit munificenter liberaliterque, nuper mihi donauit vasculum hac figura papillæ rotundatum, argenteum quidem, sed tam fabre, tam eleganter deauratum, vt aureum esse videatur: quod à me seruetur conditum in gazophylacio, in quo propè peculiariter continentur munerà, quibus me complusculi profecuti sunt ob doctrinarum ingenique (vt existimant) claritudinem: vt ego sentio, mediocritatem. Ibidem quoque radiat scyphus ille argenteus, quæ tu ad me abhinc sesquiannū dono misisti Archiepiscopo munificentissime, qui bracteatoris officio fabrefactus, luculenter vina facit meliora, sabinuitaque ad bibendum. *Lactæ.* } Secundum priscorum declinationem, lacte dixit pro lac, vt supra. *Vannum.* } scribrum. Poeta in Georgicis

gicis dixit, Et mystica vannus Iacchi. vbi commentatores expoluerunt, ideo mysticam dici, quòd Liberi patris sacra ad purgationem animæ pertinebant : & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quòd dicitur Isis, Osiridis membra à Tiphone dilaniata, crebro, id est vanno superposuisse. nam idem est Liber pater, & Osiris, Isis maritus : in cuius mysteriis vannus est, & nunc in pompa Isiaca gestabatur. Dicitur autem vannus, cribrum, *ῥακροεισμὸς* vallus, inde fit verbum euannare, quod est vannis siue vallis expurgare. M. Varro in primo de re Rustica : Ita fit vt quod sæuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra arcem. In Varronians codicibus mendum inolevit, in quibus euaminatur passim legitur, verbo futili & nugatorio : cum euannatur legendum sit, sicuti nos correximus verbo latinissimo & Varroniano, quod à vannis inflexum est. Columella præcipit, frumenta vannis expurgari in arca deterfa.

Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt, hic horrendum ille superum commeator & inferum, nunc atra nunc aurea facie sublimis, at tollens canis cervices arduas Anubis, laua caduceum gerens, dextera palmam virentem quatiens, cuius vestigium continuum sequebatur bos in rectum lenata statum, bos omniparentis deæ fœcudum simulachrum, quod residens humeris suis proferebat vnus è ministerio beato gressu gestuoso. Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operata magnifice religionis. Gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis venerandam effigiem, non pecoris, non auis, non fera, ac ne hominis quidem ipsius consimilem: Sed solerti repertum, etiam ipsa nouitate, reuerendam altioris vicunque & magno silentio tegendam.

Dei dignati pedibus incedere.] ioculariter dictum, & decenter. dicimus enim deos incedere pedibus humanis, quando homines in pompa sacrificiali sustinent personas & nomina deorum. de quibus intellexit Tertullianus sic scribens : Ipsos deos vestros saepe noxij induunt. Mecum ego subinde recolens hæc instituta sacrorum ethnicorum venio in eam sententiam, vt credam pleraque omnia ad cerimo-

niarum nostrarum celebratione pertinentia, illinc esse translata, transpositaque. Nimirum ex gentiliū religione sunt lineae vestes, detarsa sacerdotum capita, vertigines in altari, pompa sacrificialis, musica modulamina, adorationes, preces, aliāque id genus complura, quae nostri sacerdotes in nostris mysteriis solenniter usurpant, haud dubie sumpta de cerimonia priscorum. sic & apud nos homines incedunt in pompa sacrorum, sub effigie sanctorum & prophetarum, qui dici possent dei humanis pedibus incedentes. *Iste superum.*] Sensus est: Mercurius, qui & Anubis dicitur, qui & nuncius superiorum ac inferiorum deorum esse fertur, prodibat atollens caninum caput. Cecinit poeta in opere serio: Omnigenūque deūm monstra, & latrator Anubis. Quem locum exponens Seruius, inquit: Hunc volunt esse Mercurium: ideo capite canino pingitur, quia nihil est cane sagacius. Tradunt historici, Anubim Osiridis filium, secutum esse patrem in bellicam expeditionem: qui armis vsus insignibus, canem pro insigni gestauit: quae ex re canina forma apud Aegyptios colitur, & canes ipsi in summa dignatione habentur. cuius rei Eusebius quoque commemorat libr. 2. Praeparationis euangelicae, scribens, deum qui apud Aegyptios Anubis appellatur, caninum habere caput: eaque re ostendi, custodem ipsum Osiridos fuisse, tam beluas quam homines importunē obuiam factos coercentem. A canibus, qui pro diis habentur, dicta est Cynopolis, quasi canum ciuitas. hinc morsus ille satyricus. Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam. De Anubi dixit Ouidius: Per Anubidis ora verendi. & ut autumat Strabo, Anubis deus qui capite canino figuratur, colitur in ciuitate canum, id est, Cynopoli, vbi sacer quidam cibus est canibus constitutus. Dicitur autem Mercurius commicator superiorum & inferiorum, quo-

nam vitro citroque commeat inter superos & inferos: ut poetæ canunt. & ut inquit Claudianus, Commune profundis & superis numen, qui fas per limen utrunque Solus habet, gemitioque facit commercia mundo. ab Homero dicitur *διάνκτορ*, id est internuncius. Macrobius ex hoc Mercurium mysticè Solem significati argumentatur. nam cum sol in inferiore hemisphærio, id est, hyemalibus signis cursum suum peragit, dicitur inferorum administer: cum verò superiore hemisphærio partem zodiaci ambit æstiuam, tunc superiorum nuncius existimatur.

Nunc atra nunc aurea facie.] Aegyptii simulachrum Mercurij partim cerulea specie & atra, partim aurea & clara figurant: ut per atrum colorem commeator inferorum, per auream faciem superiorum nuncius declaretur. *Bos in rectum levata statum.* } Fabula notissima, quemadmodum Io in bouem demutata est, mox ex boue dea Isis facta: unde merito in pompa Iliaca bos prodibatur, quæ symbolum quoque (ut docet ipse Lucius) est deæ omnia progredientis. Aegyptus bouem vice numinis colit, quem Apim vocant, cui semel in anno ostenditur femina bos insignibus quibusdam notabilis. Plinius & Solinus auctores. Fuit & in Aegypto præfectura, Bouina nuncupata, à boue cui dedicata est. Bouem autem colunt inter deos utilitatis causa. constat enim (ut refert Eusebius) bouem tam partu quàm arandi opera esse conducibilem. Annotandum, ab eodem Eusebio tradi, papaver esse symbolum fecunditatis. Suprà diximus, quemadmodum Apis Aegyptiorum deus maximus, postea dictus est Serapis. Scribit Suidas, ἀπιδες θεοὶ ἦσαν πρῶτον παρὰ αἰγυπτίαις, σημεῖον ἔχοντες ἐπὶ τῷ ὀπίσθῳ καὶ γλῶσσῃ, δηλοῦν ἐν αὐτοῖς ἀπίδας. id est: Apides dei erant honorati apud Aegyptios, signum habentes in cauda & in lingua, quod declarabat eos esse apides, quibus iuventis, εὐορτίῳ μεγάλῳ ἔργῳ, id est, festiuitatem magnam agebant. Præterea memoriae proditum est à scriptoribus celeberrimis, deos Aegyptiorum esse bruta animantia, & singulas penè in Aegypto ciuitates. singulas bestias & monstra venerari. vade & vrbes apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, ut Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis. Cur autem animalia pro diis in Aegypto colerentur, causas cum alij referunt, tum Diodorus in 2. Bibliothecæ. *Omnia parentis deæ.* } iunctim lego Omniparentis, sic & poeta dixit in 6. Terræ omniparentis alumnum Cernere erat. qua enim forma omnipotens, eadem & omniparens dicitur, quasi omnia pariens, omnia gignens. *Et ministe-*

rio beato.] ex ministris sacrorum, qui meritò beati dicuntur, utpote cognatione quadam cum numine beatifico coniuncti. Mercurius cum Venere in horoscopo, faciet baiulos sacrorum simulachrorum. Idem in tertio loco cum Venere, faciet vestitores deorum. *Gressu gestuoso.*] M. Tullius & diuus Ambrosius de officiis scribentes, præcipiunt cauendum esse, ne tarditati utamur ingressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse videamur. Ex quo declaratur, fercula baiulòsque sacrorum simulachrorum in pompa solenni incedere consueuisse gressu quodam mollissimo, & histrionico, ac profus pompatico. *Cista sacrorum capax.*] De cista hac, qua sacra opertanea occultantur, & de canephoris, id est baiulis cistæ sacrificalis, abunde annotavi in 6. commentario: ubi scribit tacita secreta cistarum. illinc repete, si quid hic desiderabitur. Suidas appellat *κίστας ἱερὰς*, id est cistas sacras: à quibus *κίστιφοροί* dictus cistifer, baiulúsque cistarum.

Operta.] Suprà diximus, opertanea sacra appellari, quæ operta erant, neque exposita oculis prophanorum. nam mystètia à Græcis dicuntur, ut interpretatur Suidas, *ἀπὸ τοῦ μυστῆτος ὄμα*, id est ab ore claudendo: quòd scilicet deceat eos qui audiunt diuinas cerimonias & religionis arcana, os obturare, nec ulli mortalium enunciare. *Summi [sui numinis.]* Videtur signare simulachrum Isis, quod in arcano habebatur, quod nulla animantium effigie figuratum fuisse demonstrat: sed noua quadam forma fabrefactum, tanquam deus & natura rerum parens nulla imagine mortalium effingi possit. Sic Quintus Curtius effigiem Iouis Ammonis umbilico similem fuisse tradit. sic & Corn. Tacitus simulachrum Paphiæ Veneris non humana effigie fabrefactum esse autumat, sed continuum orbem latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo exurgentem spectari: cuius rei ratio in obscuro sit. Iudæi nulla omnino effigie, nullòque simulachro Deum colunt, qui incorporeus est, innominabilis, indicibilis, incomprehensibilis. Vnde anthropomorphitæ meritò culpantur, quorum hæresis ex eo fluxit, & nomen, quòd deum habere humana membra arbitrabantur: ignorantes, quòd deus nec membris distinguitur, nec corporis mole censeretur. Verùm quando in canonicis scripturis membra Deo attribuuntur, id totum mystico intellectu ad potestates diuinas referendum est. *Soleri reperitum.*] Corrigo, repletu. hoc est, inuentu, siue inuentione. *Regente.*] Purior lectio est, tegendæ religionis. *Vnula faberrime canata.*] Opinor hanc vnulam referri ad situlam, quam sinistra retinens Isis figuratur.

guratur: per quam fluentiam omnium lacunarum ostendi tradunt. Præterea capiti Serapis, cuius numen cum Iside commune est, calathum insignunt: quasi sol sit, cuius vertex insignitus calatho, & altitudinem sideris monstrat, & potentiam capacitatis ostendit. Faberrimè autem aduerbium est, significans perfectissimè, politicissimèque. Fabrè (vt inquit Placiades) perfectè dicitur. *Quam rotundo.* } Rancida grammaticorum subtilitas, quàm rotundissimo contendit esse dicendum: auctoritas eruditorum, quæ longè potentior est, grammaticalibus illis placitis posthabitis, sic dicere sæpissimè mauult. *Simulachris Aegyptiorum.* } De simulachris Aegyptiorum quæ sunt illorum sacrae literæ, suo loco mox dicemus: & dudum diximus, deos Aegyptiorum esse animalia.

Longo riuulo prominebat.] Videatur ostendere, vnam illam fuisse nasutiorem. Etenim nasus dicitur in vasis, riuulus ille prominens, ex quo liquor egeritur. Iuuenalis: Siccabis calicem nasorum quatuor. Ab epigrammatario poeta quoque dictum est, Nasus longior ille fuit. *Dilatatione.* } Lego, dilatatione, signat enim, vnam dilatam fuisse ab ea parte, qui adhaerebat ansa. & ita hodièque vrnæ fictiles finguntur, vt scilicet sint orificio patientiore. *Supersedebat aspis.*] Non temerè aspis sedens super ansam vrnæ fuisse describitur, sed ex mysteriis Aegyptiorum sumptum, quibus Isis figurabatur cinctum caput habens aspide serpente, quod & Valerius Flaccus denotat illo versu de Iside loquens: aspide cincta comas, & ouanti persona fitro. Auctor est Herodotus, serpentes in Aegypto sacros esse, nihil omnino hominibus noxios. Lego apud Amianum Marcellinum, ali in Aegypto serpentes innumeras, quas omnis magnitudine & decore aspis facile supereminet, multæ in illis tractibus: vnde & simulachris Isidis peculiaris. Aspidum ceruices & colla intumescere, & tumore venenato exuberare, auctor est Plinius: qui aliubi tradit, aspidi vim somnificam inesse, vt percussos torpore & somno necet. Tales vocant hypnalas, à somno. Cleopatra (teste Solino) hypnalè aspidem adhibuit ad mortuum, vt ita somno extingueretur. Pryadas aspides appellant, quæ saluas venenatas in oculos hominum expuant.

Et ecce, præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia & fata. Saluatemq; ipsa meã gerens sacerdos appropinquat ad ipsum præscriptum diuina

Præsentissimi.] Virgilius: Nec tam præsentibus alibi cognoscere diuos. Plinius remedia

presentissima scitè appellatæ, quæ statim afferunt medelam salutarem, & sine dilatione persanant.

Salusem meam gerens sacerdos.] Coronam roseam intelligit, qua salus Lucij & reformatio permittebatur. *Proferens sistrum deæ.* Hæc fuerat diuina Iſidis promissio, quæ supra sic Lucium alloquitur: Meo monitu sacerdos, qui in ipso pro-cinctu pompæ roseam manu sistro coherentem gestabit coronam.

Mihi hercules corona. Sensus est: sacerdos dextrâ ferebat coronam Iſiacam, quæ dubio procul mihi quoque erat conueniens corona, cum coronandus meritò forem, tanquam fortunæ victor, qui tot labores, tot ærumpas in omni vita pertuleram. coronari enim victores in ludis

promissionis ornatum, dextra proferens sistrum deæ coronam, mihi etiam Hercules coronam consequenter, quod tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emersis periculis deæ maxima providentia adluētantem mihi sensissimam fortunam superarem. Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui, verens scilicet ne repente quadrupedis impetu religionis quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus humano gradu cunctabundus paulatim obliquato corpore, sanè diuinitus decedente populo, sensim irrepo. At sacerdos (ut reapse cognoscere potui) nocturni commonefactus oraculi, miratúsque congruentiam mandati muneris, confestim restitit, & ultrò porrecta dextra, ob os ipsum meum coronam exhibuit. Tunc ego trepidans assiduo pulso micanti corde, coronam qua rosas amœnis intexta fulgurabat, avido ore susceptam, cupidus cupidissimè deuorari: nea me fefellit cœleste promissum. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies: ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, venter obesus residet, pedum planta per ungulas in digitos exeunt: manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia: ceruix procera cohibetur, os & caput rotundatur, aures enormes repetunt paruitatè pristinâ, dentes saxei redeunt ad humanâ minutiem.

natiem: & quæ potissimum cruciabat
antè cauda, nusquam comparuit. populi
mirantur, religiosi venerantur tam eu-
dentem maximi numinis potentiam, &
consimilem nocturnis imaginibus magni-
ficentiam, & facilitatem reformationis:
claræque & consona voce cælo manus
attendentes, testantur tam illustra deæ
beneficium.

to gressu gradiens. Decedente diuinitus pop.] Nutu & numine deæ
Isidis commonitus omnis populus, ab asino decedebat. dixit
enim suprâ hoc ipso volumine, Meo iussu tibi constructi comi-
tatus decedent populi. *Re ab se.*] Legendum est reapse: hoc est,
re ipsa, vt veteres dicebant, & suprâ annotatum est. *Nocturni ora-
culi.*] Dixit suprâ Isis: Hoc eodem momento, quo tibi venio, si-
mul quæ sunt consequentia sacerdoti meo per quietem facien-
da præcipio. *Mandati muneris.* } à dea scilicet, per nocturnam
quietem. *Ob os.*] ad os. *Coronam deuorauit.*] Lucianus sine vllò my-
sterio religioso, simpliciter narrat se vidisse inter flores alios ro-
sas promicantes: ad quas procurrens, eas deuorauerit, hoc enim
vritur verbo *πίδα γεγέμνον*, rosas deuorauit. Noster verò Lucius
mysticoterâ quædam decentissimè sapientissimèque præfatus
ait, se ex manu sacerdotis coronam roseam deuorasse: eaque deu-
orata in pristinum hominem fuisse euestigio reformatum. vt
mysticè intelligas, coronam rosaceam esse sapientiam: ad quam
gustandam quàm diu mortales non aspirant, tam diu bruti &
asino corio contacti torpescunt: mox vbi rosas carpsere ex
manu porrigentis sacerdotis, hoc est sapientis, qui antistes est
doctrinarum, qui esurientes vltro inuitat ad gustulum sapien-
tiæ dulcissimum, illico exuunt brutale tegumentum, fiuntque
humana ratione pollentes & verè homines. ipsi quoque sacerdo-
talibus sacris initiantur, terreni corporis labe purgati, vitiis exu-
tis, nulla deinceps scelerum contagione polluti Deo seruiunt, cui
conciliante virtute coniunguntur. Qua vita nihil beatius esse po-
test. ad quam vtinam nos quoque peruenire possimus: sicut Apu-
leius noster, post exudatos labores multiugos, post exutas ter-
renas sordes, aliquando sælicissimè peruenit. *Delabitur ferina fa-
cies.*] Cupis exuere faciem ferinam? facito vt ex animo tuo bru-
tales sordes, quæ interiorem hominem deformant, delabantur,
curato, prouideto, vt in te nihil beluinum conspiciatur: da opè-

ram, vt sicuti diceris animal rationale, ita vt rationem vitæ ducem sequaris, appetitionibus conculcatis, vt virtutis fulgore fias luminosus. Ita pilus asinus defluet, ita corium crassum in cutem subtiliorem tenuabitur, ita obesitas ventris cohibebitur: denique omni abolita brutali effigie, reformaberis in hominem, quem cuncti miris mirantur, & cum veneratione suscipiant. sic homines transfigurantur in lupos, fiuntque versipelles, quando induunt lupinam voracitatem: sic mox ex lupis in pristinam faciem reuertuntur, pristinamque vestem resumunt, quando exutis improbis moribus, & lupina deposita natura, ad humanos mores, & humanam rationem oculo mentis vegetiore regrediuntur, probitatem amplexantes, & virtutem quam deposuerant resumentes. *Cutis te.*] Sunt qui putent tenuitatem cutis & operimenta corporum magis aut minus bruta efficere animalia, tanquam crassitudo corij in asinis & id genus cæteris obstet tenuitati sensus, in homine ex tenuiori cute subtilitas animi constet. *Venter obe.*] Homines minus solertes esse censet Plin. quibus sit obesissimus venter. hinc illud Hieronymi memoratissimum: Pinguis venter non gignit sensum tenuem. *Cohibetur.*] ad humanam breuitatem redigitur. *Enormes.*] immodicæ, prægrandes, & prorsus asinix. *Pristinam.*] priorem. *Ad humanam mi.*] dentes qui in asino ingentes conspiciebantur, tantilli facti sunt, ad humanæ paruitatis modulum redeuntes. Scribit diuus Augustinus, vidisse se molarem hominis dentem tam ingentem: vt si ad dextrorum dentium modulos minutatim conderetur. centum sibi videretur facere potuisse. à dente Plautinum verbum est oppidò quàm elegans, edentare malas: quòd (vt alibi annotauimus) significat dentes maxillis excutere, & dentibus priuate. quod fieri solet in his quos pugnis contundimus, & dentilegos efficimus, edentulosque. sicut enim edentulus dictus à particula priuatiua, qui sine dente est: sic edentare inde quoque deflexum est. *Comparuit.*] apparuit, visa est. *Nocturnis ima.*] prout per nocturnam visionem ipsa dea sacerdotibus, quæ futura erant, demonstrauerat. hoc dicit, rem similliniam somnio hanc visam esse, quæ tum vera erat. *Cælo manus.*] ait Virg. Tendòque supinas Ad cælum cum voce manus. Communis mos & hominum obseruationes affirmant, superiora esse Deo tradita, namque habitus orantiũ sic est, vt manibus extensis in cælum precemur: & vt auctor est Arist. in 1. de Cælo & mundo, omnes homines barbari, Græci, & quicunque putant deos esse, attribuunt locum superiorem diis, hoc est, cælum, vt immortalibus immortale conueniens: vt terra hominum est sic Dei cælum.

At ego stupore nimio defixus, tacitus
 harebam, animo meo tam repentinum,
 tamque magnum non capiente gaudium:
 quid potissimum præsarer primarium?
 unde noua vocis exordium caperem?
 quo sermonem nunc renata lingua sceli-
 cius auspicerem? quibus quantisque ver-
 bis tante deæ gratias agerem? Sed sacer-
 dos utcunque diuino monitu cognitis ab
 origine cunctis cladibus meis, quan-
 quam & ipse insigni permotus miracu-
 lo, nutu significato, prius præcipit, tegan-
 do mihi linteam dari laciniam. Nam
 me, cum primum nefando tegmine des-
 poliauerat a sinus, compressis in arctum
 femibus, & superstrictis accuratè ma-
 nibus, quantum nudo licebat, velamen-
 to me naturali probe munieram. Tunc
 è cohorte religionis vnus, impigrè supe-
 riorem exutus tunicam, supertexit me
 celerrimè. quo factò, sacerdos vultu ge-
 niali, & Hercules perhumano, in aspe-
 ctum meum attonitus sic assatur: Mul-
 tis & variis exanclatis laboribus, ma-
 gnisque fortuna tempestatibus, & ma-
 ximis actus procellis, ad portum quietis
 & aram misericordie Luci tandem ve-
 nisti: nec tibi natales, ac ne dignitas qui-
 dem, vel ipsa (qua flores) vsquam do-
 ctrina profuit: sed lubrico virentis eta-
 tula, ad seruales delapsus voluptates,
 curiositatis improspera sinistrum præ-
 mium reportasti. Sed utcunque fortu-
 na cecitas, dum te pessimis periculis

*Animo capten-
 te gaudium.*] Inter-
 dum tanta est gau-
 dij exuberantia,
 & laticia cumu-
 lus, vt animus no-
 ster incapax eius
 sit: vt homo gau-
 dens ita perturbe-
 tur, vt apud seip-
 sum non sit. sic &
 Linius: Cum vix
 gaudium animis
 caperent, discursu-
 sum hinc ab alijs
 circa tēpla deūm,
 vt grates agerent.
 Hinc reperio apud
 auctores, gaudiū
 ingens nō parum
 multis mortem at-
 tulisse. sicut gau-
 dio obiit Philippi
 des poeta: & ma-
 ter illa viso filio
 ex pugna Cannen-
 si præter opinio-
 nem suam incolu-
 mis, copia atq; ma-
 gnitudine inopina-
 ti gaudij oppressa,
 exanimataque est.
 Causā refert Gale-
 nus lib. v. de accidē-
 ti & morbo, cur
 gaudio homines
 plurimi intereant.
 Quoniā (inquit) vis
 vitalis ex gaudio
 egreditur ad par-
 tes corporis exte-
 riores, & ita cor-
 V V v ij

pus calore vegeta-
li destitutū extin-
guitur. Addit inter
pres Galeni in Mi-
crotechui, ex gau-
dio immo dico
spiritum sangui-
nemque simul e-
gredi ad exteriora.
Ideoque extin-
gui statim calidi-
tatem innatam,
sicut extinguitur
ignis ex venti vi
vehementiore.

Quid potissimum.] Oratoria diaporesis est, id est dubitatio, qua figura vtitur incertus dubitatioque, quid primū dicat, & quid potissimū. Cōsuevit illud poeticū: Quid primū mediūve canā, quo sine quiescā: Læticia autē obstrepit facundia, & cogitatio voluptate impeditur. Sed sacerdos.] Lucianus aliter narrat, scribēs spectatores hac transformationis

novitate consternatos, partim censuisse, vt perinde ac magus & quoddam quasi monstrum igni cremaretur. Partim dixisse, vt ipsum prius audirent sermocinantem, & ita rem cognoscerent. Itaque scribit se cursim ad principem accessisse, illique totam rem gestā denarrasse: præterea quibus natalibus, qua patria, qua conditione natus foret, edocuisse. quo audito, præses osculo & complexu exceperit Lucianum, vt pote patris ipsius amicissimus, domum deductum hospitaliter suscepit. fuit autem Lucianus (vt

discruciat, ad religiosam istam beatitudinem, improvida produxit malitia. Eat nūc, & summo furore seniat, & crudelitati suæ materiam querat aliam. Nam in eos, quorum sibi vita seruitiū deæ nostræ maiestas vindicauit, non habet locū casus infestus. Quid latrones, quid fere, quid seruitiū, quid asperimorum itinerum ambages reciproce, quid metus mortis quotidiana nefaria fortune profuit? In tutelam iam receptus es fortuna, sed videtis: quæ sua lucis splendore ceteros etiā deos illuminat. Sume iam vultū letiorē, candido isto habitu tuo congruentē: comitare pompam deæ hospitatricis in ouanti gradu, videat irreligiosi, videant, & errorem suum recognoscant. En ecce pristinis arumnis absolutus, Isidis magna prouidentia gaudēs Lucius de sua fortuna triumphat. Quo tamen tutior sit atq; munitior, da nomen huic sanctæ militiæ, cuius non olim sacramento etiam rogābaris, teque iam nunc obsequio religionis nostræ dedita & ministerij iugum ubi voluntarium. Nam cum coeperis deæ seruire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis.

ipſe teſtatur) Patrenſis, quæ ciuitas Achaia eſt, patre nomine Lucio natus, *εὐχραεῖς ἰσοεὼν, καὶ ποταμῆς, καὶ ματρὸς ἀγαθῆς.* interdum Aſſyrium ſe eſſe commemorat, quem & Suidas Samofateum à patria nuncupat. Potuit enim fieri, vt hic ortus eſſet, illinc oriundus: & ita duplici patria conferetur, vt ante prodidimus. *Nefando tegmine.*] corio brutali, & tegumento aſinali. *Diuino monitu.*] Dea ſacerdotem viſionibus nocturnis cuncta edocuerat, ad aſinum noſtrum pertinentia. *Compreſſis in alium fœminibus.* }
 Corrigo, compreſſis in arctum fœminibus eſt enim ſenſus: cum primum deſpoliatus fui tegmine aſinino, primam habui rationem verecundiæ. Itaque compreſſis ſtrictiſſimè femoribus, & ſuperconnexis manibus naturali velamento verenda cooperui, cum nudus forem, nec vllum quidem habens ſubligaculum. Homini autem in primis verecundiæ ratio habenda eſt, vt M. Tullius Ambroſiusque præcipiunt: cuius magiſtra natura eſt, quæ docuit & ſuaſit tegendas eſſe partes noſtri corporis pudibundas. Proinde Cynici philoſophi meritò exploduntur, quibus verecundia nulla, quos palàm in propatulo non pudebat cum vxoribus concumbere auctor eſt Rufinus in expoſitione ſymboli Apoſtolici, quòd non natura docuit hæc eſſe obſcœna, ſed obſeruantia. ideòque ſcitè ſcribit diuus Auguſtin. homines ſtatim à peccato nuditatem turpem iudicaſſe: vnde eueſtigio conſutis ſici foliis fecerunt ſibi ſuccinctoria genitalium, quæ & fœminalia dicuntur, à fœminibus, id eſt fœmoribus, coriſque velandis. De velamenti genitalium, quæ femoralia, fœminalia, bracchæ, periſcelides, ſuccinctoria, campeſtria, ſubligaria, ſubligacula nominantur, aliubi ſcripſi copioſiſſimè, ex auctoritate ethnicorum eccleſiaſticorumque ſcriptorum. *Superiorem tunicam.*] In canonicis ſcripturis ephod Hebraicè appellatur, quòd Latini interpretes interpretantur ſuperhumeralè quòd Græcè dicitur *ἱματιον*. eſt autem (vt docet Hieronymus) veſtimentum ſacerdotale lineum & ſimplex, & toto candore puriſſimum, quòd ſuper humeros venit: cui ſubiicitur *χλαμύς*, quòd nos ſubtunicalem ſiue tunicam, quam ſubtus veſtitus eſt, poſſumus interpretari. Idem Hieron. in lib. de veſte ſacerdotali refert, tunicam poderin, id eſt talarem eſſe lineam, duplici ſyndone, quam Iosephus byſſinam vocat. Hæc adhæret corpori, & talis eſt qualis ſolent militantes habere lineas quas camiſias vocant. *Geniali. hilario & gaudibundo. Hercules.*] certè, aduerbium eſt aſſeuerantis. *Fortune tempeſtatibus.*] Oratio eſt ſacerdotis, Apuleium iam hominem reſtitutum monentis, fortunæ cæcitatè nihil deinceps formidandam eſſe: & inuitantis ad ſacramenta mili-

riæ sacerdotalis. verba autem hæc metaphoricos dicuntur, translatione facta à maris tempestatibus, & procellis fluctuum, & portu nauticorum. *Ara misericordiæ.* } Alludit ad aram, quam Athenis misericordiæ consecrassè memorant Heraclidas, qui post obitum Herculis pulsi ab Euristheo, cum facillè auxilium ab Atheniensibus meruissent, aram Misericordiæ dedicarunt, quæ Græco vocabulo dicitur *ἱεὺς βοῶντος*. de qua Papinius libro Thebaidos nouissimo sic cecinit: Vrbe fuit media, nulli concessa potentum Ara deùm, mitis posuit clementia sedem. Et miser fecere sacram, sine supplice nunquam Illa nouo, nulla damnavit vota repulsa, Auditi quicumque rogant, noctesque diesque Ire datum, & solis numen placare querelis. Erat hæc ara misericordiæ, commune miseris confugium, & asylum quasi quoddam calamitosorum. olim Orestes matricida, cum post absolutionem fureret, ad hanc aram Pilade amico trahente confugit, & refugit. M. Tullius aram sociorum, portum gentium appellat, Romanum senatum. Idem aram legum dicit, intelligi volens tribunal prætorum. *Luci.* } Allocutio est per vocatiuum casum, ad Lucium Apuleium. *Natales.* } Hæc omnia hominibus frequenter prodesse solent, vt claritudine natalium, vt dignitate, vt doctrina fiant fauorabiles, vt hisce adminiculis contra aduersa fulciantur: quæ ait sacerdos nihil Lucio nostro profuisse, quo minus in asinum transmutatus pœnas dederit curiositatis. *Virentis ætatula.* } adolescentiæ lubricum tam instabile, tamque obnoxium est, vt qui in eo cadunt, saltem titubent. Quod & Paccatus panegyrista commemorat. *Curiositatis.* } Sæpe diximus curiositatem esse infelicem, periculorùmque germanam: quæ detrimenta suis amatoribus nouerit magis parturire, quàm gaudia. *Sinistrum præmium.* } noxium: intelligit autem transfigurationem in asinum. Scribit Trimegistus, quòd imagine intelligentiæ nulla vera ratione inspecta, homines decipiuntur: quæ transformat optimum animal in naturam feræ, morèsque bestiarum. *Improuida produxit.* } Haud absimile est illud Terentij ex Hecyra: Equidem plus boni feci hodie imprudens, quàm sciens ante hunc diem. Iudem Plaurus in Captiuis: Sæpe iam in multis locis plus insciens quid feci, quàm prudens boni. Consimiliter fecit fortuna in Lucium Apuleium, quod non parum multi facere noscuntur, qui profunt dum nolunt, imò quia nolunt: idèoque illis beneficium non debemus. sicut Phereus deploratus à medicis, vomicæ morbo vulneratus, ab hoste medicinam inuenit ex vulnere. nec tamen ob id hosti debuit: quia non sufficit profuisse, nisi etiam velis prodesse. *Non habet locum casus.*] In hæc senten-

sententiam ait Seneca, quòd vir sapiens est supra fortunam collocatus, nec in illum fortuna habet longas manus. Ita Papinius in Siluis, laudans Pollium scitissimè inquit: Vitio sublimior omni, Exemptus fatis, indignantemque refellis fortunam. Satyricus quoque de Democrito philosopho loquens, in quem fortuna locum sæuendi non habebat, ait: Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem. Fortuna, inquit, etiam infesta, non habet locum sæuendi in eos, quos maiestas deæ Isidis vindicauit in suum mancipatum, recepitque in tutelam. De casu Papinius: Omnia casum Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi. *Quid latrones, quid ferae.*] Enumerat incommoda & ærumnas, quibus Lucius noster fuit obnoxius fortunæ fulminantis impulsu. *Fortuna, sed videntis.* } Fortunam cæcam, exoculatamque & brutam esse, superius annotauimus: verum Isis est fortuna videntis, bona & salutaris, quæ præiniatrix est bonorum, nec malos fouet & extollit, sicut facit fortuna cæcutiens. Vnde possumus accipere pro fortuna bona Isidè, quæ Græcè dicitur ἀγαθὴ τύχη, cum illa altera accipiatur pro mala, quam Græci κακὴ τύχη, malam fortunam vocant. vtriusque locus est in cælo. Macrobius auctor est in primo Saturnalium, lunam (quæ dea hic signatur) esse Tychen, id est fortunam, quia corporum præsul est, quæ fortuitorum varietate iactantur. *Deos illuminat.* } Clanculum alludere videtur ad lunæ splendorem, quæ in plenilunio lucidissima, nocturnus sol videtur, cuncta collustrans. potest & symbolicos referri ad numinis maiestatem lucidissimam. *Habitu congruentem.*] Sicut indutus es vestem candidam & luminosam, ita sume vultum hilariorem ac sereniorum: Habitu autem dixit datiuo casu, secundum veterem consuetudinem, qui senatu, victu, aspectu, pro senatui, victui, aspectui dicebant, & cætera consimiliter: super qua re scribunt grammatici, & caput extat apud Gellium eleganter graphicèque conscriptum, & nos iam annotamenta confecimus. *Innouanti gradu.* } Seiunctim lego, vt duæ sint dictiones, In ouanti, hoc est, gaudibundo & latanti gradu. *Errorem suum recognoscant.* } Irreligiosorum error est, vt aut non esse autument deum, aut curam non agere rerum humanarum: nec miraculum vllum fieri ex diuina prouidentia, sed ex naturæ instituto. in quem errorem lapsus est Horatius, scribens: Namque deos didici securum agere æuum, Nec si quid miri faciat natura, deos id Tristes ex alto cæli demittere tectò. Igitur irreligiosi suū errorem recognoscunt, quādo euidenti miraculo commoniti, diuinam maiestatem coguntur cõfiteri. Diagoras cognominatus est Atheos: ex eo quòd negabat

deos esse, quem irreligiositatis meritò arcescunt. Prudentia.] Le-
go prouidentia, vt sit ea quam Græci *εὐνοία* vocant, de qua M.
Tullius in primo de Natura deorum: Audite non fatidicam
Stoicorum Pronocem, quam latinè licet prouidentiam dicere,
Da nomen sancta militia.] Decens ex disciplina militari facta
translatio. namque in delectu militum habendo euocabantur
ad dandum nomen, & multi plerunque nomen dare recusa-
bant: quod sæpissimè leges apud Lium. Vbi autem nomen
dederant, in militiam scribebantur: & (vt inquit Vegetius) ma-
triculis inserti, iurabant per maiestatem Imperatoris, omnia se
strenuè facturos, quæ præcepisset: nunquam deserturos mili-
tiam, nec mortem recusaturos pro Romana Republica: vnde
& militiae sacramenta dicuntur. Igitur sicut milites dant no-
men in militia seculari, & sacramento astringuntur: ita qui pro-
pter militiam religiosam ascribuntur, dant nomen, & adiurati
obsequio religionis dedicantur. Duplex enim militia est, secu-
laris & cœlestis. Hinc illud Ecclesiasticum: Nemo militans
Deo, negociis secularibus implicabitur. *Non olim.* } haud ita
pridem. *Iugum subi.*] Translatio à iumentis, quæ iugum subeunt, &
colono obsequuntur: vnde à Græcis dicta *ὑποζύγια*, quasi subiuga-
lia. Præterea iugum imponebatur matrimonio coniungen-
dis: vnde vicus iugarius, & Iuno iuga nuncupata. Iugum quo-
que subeunt hostes deuicti. quod fit duabus hastis humi deff-
xis, supérque eas vna transuersa deligata. Sed ad propositum: qui
religioni dedicatur, iugum subit obedientiæ atque ministerii, vt
oblequenter ministret, agatque quæcunque primarius Antistes
imperauerit. Quale sit hoc iugum, nouerunt religiosi, qui sæ-
pe ingemiscunt, & secum taciti mustitantes optant subire iugum
maritale, tanquam id præ illo sit suauissimum gestatûque facil-
limum, cum illud suum vt ingestabile frequenter conentur ex-
cutere. est autem Subi imperatiui modi verbum, vt illud Catul-
lianum: *Rasilémque subi forent.* & apud Claudianum, *Primus
iussa subi.* Voluntarium autem meritò dixit, quoniam vltronei
& volentes, nõ coacti debemus iugum subire religionis. alioqui
nunquam quicquam salutare fit à sacerdote, qui inuitus sacris
iniciatur. *Fructum libertatis.*] In hanc sententiam ait Seneca, cum
maximè libertate frui, qui philosophiæ seruiat.

*Fatigatos anhe-
litus trahens.* } In-
telligimus anhe-
lationes traxisse
sacerdotem, non

*Ad istum modum vaticinatus sa-
cerdos egregius, fatigatos anhelitus
trahens conticuit. Exin permixtus
agmine religioso, procedens comitabar*
sacer

sacrarium, tota civitati notus ac conspicuus, digitis hominum nutibusque notabilis, omnes in me populi fabulantur. Hunc omnipotentis hodie dea numen augustum reformavit ad homines: *foelix Hercules, & tibi beatus, qui vite scilicet precedentis innocentia fideque meruerit tam praeclarum de caelo patrocinium, ut renatus quodammodo statim, sacrorum obsequio desponderetur. Inter haec, & festorum votorum tumultum, paulatim progressi, iam ripam maris proximamus, atque ad ipsum illum locum quo pridie meus stabulaverat asinus pervenimus. Ibidem simulachris rite dispositis, navem faberrime factam, picturis miris Aegyptiorum circumseptus variegatam, summus sacerdos tecta lucida, & ovo & sulphure sollemnissimas preces de casto praefatus ore, quam purissime purificatam, dea nuncupavit, dedicavitque. Huius alvei foelicis nitens carbasus linthea votum ingestans progerebat. Ecce litera votum instaurabant, de novi comitatus prospera navigatione. iam malus insurgit: pinus rotunda, splendore sublimis, insignis, carchesio conspicua, & puppis intorta chenisco, bracteis aureis vestita fulgurabat, omnisque prorsus carina citro limpidio per polita florebat. Tunc cuncti populi tam religiosi quam prophani, vannonos onustas aromatis & huiuscemodi supplicijs certatim congerunt: & insuper fluctus libant in-*

tam ex fatigatione loquedi, quam ex furore vaticino, & afflatu divino, qui Graece dicitur *ἐκδουνασμίος*. sic apud poetas Si byllae deo plenae tradunt anhelitus fatigatos. Exin.] exinde, deinde. Hunc omnipotentis.} Sermocinatio & confabulatio populi, admirantis subitariam ex asino in hominem reformationem, idque miraculum attribuentis maie stati ac numini I-fidis deae omnipotentis. Dea omnipotentis.] Deus dicitur omnipotens, faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. quod si ei accideret, nequaquam esset, omnipotens. unde propterea quaedam non potest, quia omnipotens est: etenim mori & falli non potest. Auctor Augustinus in quinto de Civitate dei. Augustum.] sanctus & venerabile. Et tibi beatus.} Scri-

be, sibi beatus: ut
verba tertiæ per-
sonæ sint congru-
entia. vel lege, Ter
beatus: ut pro bea-
tissimo accipia-
tur. dicimus enim
ter foelicem, &
ter beatum, quem
intelligi volumus
foelicissimum bea-
tissimumque: à

potentia scilicet, & vi numeri ternarii, quem Latini ternionem,
Græci triada vocant. *Ripam maris.* } ἀρύπος & improprie videtur
dixisse ripam maris, cum ex obseruatione grammatica littus
maris sit, ripa verò fluuiorum: quod edocenter expressit Ouid.
illo versu dimidiato: Pro ripis littora pulsant. *Pridie stabulauerat.*]
littus intelligit, & harenæ gremium proprie Cenchræ: vbi las-
sum corpus, cum adhuc asinus esset, refouit, & somno dulcissi-
mo quieuit. *Nauem faberrimè factam.*] Luna superius alloquens
Lucium dixit, sacerdotes sibi dedicasse hanc nauem die festo,
cum pelagus sedatis hybernis tempestatibus iam nauigabile fa-
ctum esset. Videtur autem hæc nauis esse symbolum nauigatio-
nis deæ Isis. namque dies certus (teste Lactantio) habetur in
fastis, quo Isis nauigium celebratur, quæ res docet non trans-
se illam, sed nauigasse, & ut auctor est Fulgent. in Mythologiis,
nauigium Isis Ægyptus colit: quoniam hoc in loco nauigium
Isis à Lucio nostro luculentè describitur. Videor facturus ope-
ræ precium, si quædam annotaui non indigna memoratu, ad
rem nauticam pertinentia. Dromones naues sunt frumentariæ,
à celeritate nauigandi dictæ, quarum meminit Cassiodorus in
epistolis. *Emphracta* dicuntur nauigia tectæ, à verbo Græco ἐμ-
φρακτω, quod significat obturo, occludere: ediuerso aphracta nū-
cupant aperta intectaque nauigia, de quibus M. Tul. in epistolis
ad Atticum: Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupatu-
ri eramus. Corrige mendosum locum apud eundem in eisdem
Epistolis. nam vbi legitur acta Rhodiorum, tu lege aphracta Rho-
diorum, & de hoc nauigij genere dictum accipe. consimiliter
apud iuriconsultos, tit. de exercitoria actione, maculosadictio in
sinceritatem redigenda est, & suo nitore illuminanda. sic enim
passim legitur: Quædam naues onerariæ, quæ dā (ut ipsi dicunt)
emphactæ sunt. Tu pro emphactæ, legito emphractæ: significantur
enim

enim naues clausæ undique, vt docuimus, & tectæ. Plin. ait tectas naues à Thafis inuentas esse. apud Liuium cæteròsque historicos tectæ & apertæ naues crebriter nominantur, quæ amphracta & aphracta Græcis vocabulis appellantur. *Variegatam.*] Scribe variegatam, hoc est distinctam exornatamque variis picturis. dictio est Apuleio propè peculiaris: à quo etiam dicitur variegare pro variare, & ornatus varietate distinguere. *Faberrime.* } politissimè, perfectissimèque. idem alibi, *faberrimo signaculo* dixit, pro absolutissimo, perfectissimoque. *Teda, & ouo, & sulphure.* } In sacris ferè omnibus prisecorum tres erant istæ purgationes. nam aut teda purgabantur, & sulphure: aut aqua abluebantur, aut aere ventilabantur. De purgatione tedæ & sulphuris meminit satyrogaphus illo versu: Cuperent lustrati si qua darentur Sulphura cum tedis. Plin. in 16. inter arbores quæ resinam ferunt, ponit & tedam, quam flammis ac lumini sacrorum etiam gratam esse refert. idem in 35. auctor est, sulphur habere in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos. Ouidius triplicem purgationem signat illo versu: Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. Ouum quoque purgationibus vsurpari solitum, testes sunt præter reliquos Iuuenalis & Ouidius. quorum alter sic scribit: Nisi se centum lustrauerit ouis. alter in libris de Arte ludens, sic canit: Et veniat quæ lustrat anus, lectumque locumque, Resserat & tremula sulphur & oua manu. Lucianus in Dialogo cui titulus est *κατάπλους ἢ τύραννος*, dixit τὰ ἐν τῷ καθαρῶν ὄνα, id est, purgationum oua: ostendens, oua esse lustralia & purgatoria. Lego apud Macrobius, quòd initiati sacris Liberi patris magna veneratione ouum colunt, mundi simulachrum vocantes. His adde, vt nihil quod equidem meminerim præterea, quod scribit Proclus nobilis Platonicus, sacerdotes in purificationibus vti solitos sulphure atque asphaltò, hoc est bitumine, aqua marina aspergentes, quoniam (vt ille inquit) purificat sulphur propter odoris acumen, aqua verò marina propter igneam portionem. *Aluei.* } nautis alueum intelligit. sic & Proper. Portabat sanctos alueus ille viros. *Carbasus litera.* } Emendo, carbasus lintea. Signantur enim vela nautica, quæ lintea sunt ex carbaso, quod genus lini tenuissimum est. Scribit Plin. carbasa primum in Hispania reperta esse. mira lini tenuitate. Porro in nauigiis sunt maiora vela, sunt & minora: alia in proris, alia in puppibus panduntur. Græci dolones vocant τὰ μικρὰ ἰστία, hoc est minuscule nauium vela, prout docent Suidas & Iulius Pollux. Hoc iccirco

transeunter annotaui, vt intelligeres illud Liuianum ex 36. volumine, dolonibus erectis altum petere intendit. item mox paulo: Polymenidas vt virtute militum superari se vidit, sublati dolonibus effuse fugere intendit. *Ingestans.* } gestans.

Ecce litera. } Denotat literas fuisse in carbaso intextas siue scriptas, quæ indicarent id votum esse prosperæ navigationis & commeatus: hoc est, irus & reditus fœlicioris. nec mirum videri debet, si literis erant vela nauica inscripta: cum auctores tradant, ante vsu chartarum voluminibus linteis fuisse scripturatum: vnde & Liuius libros linteos frequenter citat. *Malus insurgit.* } arbor nauica. Iurisconf. ti. de verb. signi. ex sententia Labeonis tradit, malum nauis esse partem, quia pleræque naues sine malo inutiles essent: artemonem autem magis esse additamentum quàm partem nauis. In expositione artemonis cæcutiens labitur Accursius, qui exponit artemonem esse gubernaculum. Interpret quoque canonicæ scripturæ Nicol. de Lira, non minus delirat, qui in actibus Apostolorum exponens illud, *Leuata artemone secundum auræ flatum trudebant ad littus*: refert, artemonem dici velum paruum. Verum à vero deuius aberrat. namque artemonem, vt docet Vitru. in 10. trocleam vocant nostri, quem Græci dicunt epagunta. hæc autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & arma-menta explicantur: vt merito additamentum magis quàm pars nauis esse videatur. ait idem scriptor, machinas id genus tractorias, ad onerandas & exonerandas naues esse accommodatas, fierique his trocleis nauium subductiones. *Insignis car.* } Summa pars veli naualis carchesium nominatur, sic inferior patera, media trachelon. à similitudine carchesij nautici dictum est carchesium poculum procerum, ansatum, & circa mediam partem compressum. quod Plaut. scribit in fabula Amphitrione, pateram datam Alcumenzæ à Ioue pro precio concubitus, id Pherecides scripsit fuisse aureum carchesium. Vitru. carchesia versatilia appellat, indicans non tam esse vela in nauibus, quàm id quod in mali fastigio collocatum circumagitur: à quo significato non abhorret Apuleiana sententia. *Chemisco.* } Dictio est inutilis & illiterata, dignaque quæ obelo fodiat: itaque illa expuncta, in eius vicem substituit Cerucho. dicitur autem nomine Græco ceruchos, cornutus: poniturque pro cornibus naualibus, quæ in vtrunque veli laterus diffunduntur, de quibus poeta: *Cornua velatarum obuertimus antennarum.* Quidam ceruchos accipiunt pro cauca illa, quæ in fastigio nauigij sustollitur effigie corniculata. Val. Flac.

Flac. in primo Argonauticon: Temperet vt tremulos Zetes fraterque ceruchos. De ceruchis Lucan. in 10. Transtraque nautarum summique arserit ceruchi. item in 8. Surget & instabit summis minor vrsa ceruchis. In codicibus impressis non ceruchi legitur, sed cherusci & cheruscis. verum etymon vocabuli exigit, vt legas Ceruchi & ceruchis: cum Cherusci sint populi Germaniæ, nihil ad hunc intellectum pertinentes. quibusdam placet in Apuleio tueri lectionem vulgarem chenisco, vt cheniscus dicatur loculus & vas in puppe nauis, vel quod puppis ipsa esset ad effigiem chenisci inflexa, intortaque: vocabulo deducto ἀπὸ τῆς χοίρας, id est à chœnice. est autem chœnice Græco nomine, vasis siue mensuræ nomen, literatis sat notum, qua sestarij quatuor continentur. de quo est illud Pythagoricum ænigma, Super chœnice non sedendum: qua significatur, de crastino cogitandum esse: & ociosam desidiam eliminandam. *Carina citro limpido.*] Actor est Diodorus, Sestrem Aegypti regem fecisse nauem ex cedro ducentum octoginta cubitorum longitudine, forinsecus bracteis aureis vestitam, intus verò deargentatam, quam dono obtulit deo qui Thebis Hecatopylis colitur. Plinius in 16. At in Aegypto (inquit) ac Syria reges inopia abietis, cedro ad classes feruntur vsi. De citro & citreis mensis non pauca Plin. noster in 13. & nos aliubi perscripsimus. *Quàm prophani.*] Vt suprâ diximus, religiosus & prophanus frontibus aduersis opponuntur. qui enim religioni initiatus non est, prophanus nominatur. *Vannos.*] vallos, siue cribra. De vanno hoc eodem volumine paulo suprâ diximus. *Aromatis.*] aromatibus. secundum veterum consuetudinem, qui epigrammatis, problematis, poematis dicebant, & alia consimilia. pro epigrammatibus, problematibus, poematibus: tanquam prisca declinatio foret hoc aromatum aromati, epigrammatum epigrammati, & cætera similiter. hoc & in superioribus annotatum est. *Supplicis.*] nomine suppliciorum hoc in loco significantur res sacrificales, & supplicationibus deorum accommodatæ. etenim supplicia dicuntur supplicationes. Salustius: In suppliciis deorum magnifici. Tradit Seruius, quia de bonis damnatorum & supplicia passorum fiebant sacrificia, inde dici supplicia pro supplicationibus. *Insuper fluitus.*] supra fluctus libamina proiciunt. *Intritus.*] Prosecta signare videtur: sic enim dicunt extra, quæ in sacris prosecantur, ad instar intriti minutim. intrita Catoni propè peculiaris est, pro emplastro quasi quodam ad infectiones. hinc Plin. de Catonis emplastratione loquens ait: Iussit ita cognominari,

& illa sua intrita oblini. idem Plin. intritam vocat materiam calcis. ab interendo intritum dicitur, & intrita. Terentius: Quod tibi intriti, exedendum est. *Absoluta strophius.* } resoluta vinculis anchorarum. strophia enim vincula dicuntur, dictione Græca *στροφίον*, sed Latinis vltatissima: quia strophia modò pro vinculis, modò pro coronis, modò pro fasciis (quibus pectora vinciuntur) accipitur, vt supra diximus, ex eodem fonte cuncta deriuata. Suidas docet strophium esse *στροφίον ζώνιον*, id est, rotundum cingulum, & coronam capitis.

Prospectum sui incertat] hoc est, incertum facit, & dubium. Scribunt philosophi, nihil humana acie fallacius esse. Remus integer in aqua fracti speciem reddit, poma per vitrum aspicientibus multo maiora sunt, columnarum interualla porticus longiores iungunt: solem, qui toto orbe terrarum maior est, acies nostra pedalem esse existimat. scribit Macrobius in commentario in somnium Scipionis, aciem nostram non excedere stadia centum octoginta: ad quod spaciū cum venerit visus, deficere incipit, & in rotunditatem currendo curuatur. *Ad phanum.*] ad deæ templum.

Venerandis penetrabilibus. } arcanis cerimoniis, quæ in sanctiore sacrario reconduntur.

Simulachra spirantia.] homines dicit, qui deorum imaginem representantes spirabant. Suprà ait, Dignati humanis pedibus incedere.

Grammatea dicebant. } Græci *γραμματισταί* dicunt scribam, & archigrammatea principem scribarum. Eumenes Cardianus (Plutarcho teste) Archigram-

At tu ad ipsam iam templum peruenimus, sacerdos maximus, qui que diuinas effigies progerebant, & qui venerandis penetrabilibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deæ recepti, disponunt ritè simulachra spirantia. tunc ex his vnus quem cuncti grammateæ dicebant, pro foribus assistens, cœtu pastophorum (quod sacrosancti collegij nomen est) velut in concionem vocato, indidem de sublimi suggestu, de libro, de literis fausta vota præfatus, principi magno, senatuique & equitibus, totòque Romano populo nauticis nautibus, quæque sub imperio mundi nostratis reguntur, renunciat sermone riuistis. Quam vocem feliciter cunctis est-

Etis euenire signauit populi clamor insecutus. Ex in gaudio delibuti populares, talos, verbenas, corollas ferentes, ex osculatis vestigijs deæ quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos descendunt lares. Non tamen sinebat me animus ungue latius indidem digredi, sed intentus deæ specimen, pristinos casus meos recordabar. nec tamen fama volucris, pigræ pinnarum tarditate, cessauerat: sed proinus in patria, deæ providentis adorabile beneficium, meamque ipsius fortunam memorabilem narrauerat passim. confestim denique familiares ac vernula, quique mihi proximo nexu sanguinis coherabant, luctu deposito, quem de meæ mortis falso nuncio susceperant, repentino letali gaudio, varie quisque munerabundi, ad meum festinant illico diutinum reducémque ab inferis conspectum: quorum desperata ipse etiam facie recreatus, oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumptumque largiter succederet, deferre perspiciue curassent.

piscus de Carino imperatore scribens inquit: Præfectum vrbi vnum ex cancellariis suis fecit, quo fœdus nec cogitari potuit aliquid, nec dici. Quicumque natus fuerit oriente hædo, erit scriba, & obsequiis magistratuū deputatus. Mercurius & Saturnus in parte horoscopi partiliter constituti, faciunt scribas, sed lãgidos, & qui citò deficiant. In libris Regum, auricularius à secreto

mateus, id est scribarum princeps vocabatur sub Alexandro Magno. multo autem apud Graios honorificentius est, quàm apud Romanos, scribæ nomen. nam apud Græcos, vt auctor est Probus AEmilius, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco fide & industria cognita: quòd necesse est eum omnium consiliorum participem esse. apud Romanos verò mercenarij scribæ eximebantur, quos & scripturarios & librarios vocabant, qui rationes publicas scribunt, in tabulis: nunc vulgo cancellarios nominant, quæ dictione vtantur & scriptores idonei. Flavius Vo-

dicitur archigrammateus, quem & lingua vernacula secretarium appellitant. Officium autem scribæ est inter cætera, subiicere præconi verba populo recitanda. Olim (vt auctores annotauerunt) Publius Seruilius Globulus tribunus plebis scribam subiicere verba legis Corneliæ, & præconem pronunciare passus non est. Tunc ipse Cornelius in tribunatu pro rostris codicem recitauit. Hic significat Lucius noster, scribam ipsum sine præconis ministerio præfatum esse vota fausta, prout in libro descripserat. nam de scripto & ex libello recitare dicuntur hi, qui annotata habent in libro quæcunque dicturi sunt. Quod facere solent hi, qui ediscendi laborem perferre nõ possunt, & memoriæ pericula verentur. M. Tul. in oratione pro Plancio, auctor est, orationem dictam esse de scripto, propter eius magnitudinem. Augustus sermones grauiores ex libello habebat, etiam cum Liuia sua: ne plus minusve loqueretur ex tempore. Quintil. in oratore dicit, viciosum esse respicere ad libellum. Suidas ait, grammatæ esse notarium, & ἀπορήτων, id est arcanorum participem. est autem grammatæ accusatiuus Græcus, cuius rectus est grammatæus, id est γραμματεὺς: vt ὁρρεὶς ὀρρεα. *Cætu pastophorum.*] Pastophori dicuntur sacerdotes sacrosancti, Græca dictione: quasi thalamiferi, hoc est in supplicationibus pallium ferentes sacerdotale. Pastophora dicunt domicilia pastophorum, id est sacerdotum: de quibus mentionem fieri apud auctores ecclesiasticos potissimum comperio. namque in li. i. Machabæorum scriptum est: Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & pastophoria diruta. Euseb. in ii. Historiæ ecclesiasticæ: Extrema tanti ambitus spacia occupant exedra, & pastophoria. Iosephus in quinto belli Iudaici volumine, meminit pastophoriorum. Venus epietho Græco pastophoros, quasi thalamifera nominatur. *Principi magno, senatuque.*] Expressit morem edictorum, in quibus honoris causa scælicitatem præfari solemus principi, & senatui & populo. Liuius auctor est, morem fuisse Argiuorum, vt prætores die primo comitorum velut honoris causa pronunciarer, Iouem, Apollinem & Herculem: quibus vt Philippus rex adiecitur, instituerunt, cuius nomen quia præco aliquando non adiecit, fremitus multitudinis ortus & clamor est, subitientium Philippi nomen, iubentiumque legitimum nomen vsurpare, donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. *Ritu Græcissimi.*] more Græcanico & lingua. λαοῖς ἀγορεύει. Interpretamentum Græcarum dictionum est, populis misio: verba sunt, quæ Græci no-

et nostrique iuxta vsurpant, post cuncta celebrata mysteria, vtdicatur Missio populis, scilicet est, vel datur, vt tunc demum omnibus abire fas sit. Vis exemplum consimile? proximum habes. nam quotidie in mysteriis nostris solet sacerdos post peracta solennia dicere, Ite missa est: ita nunc scriba Græcè dixit, *λαίς ἀφέσσι*: id est, populis missio. & ita legendum est. Mendosi codices non missio habent, sed missis, quod repugnat verbo Græco atque sententiæ. *ἀφαιτήρια* apheteria Græci dicunt carceres, vnde equi emittuntur ad cursum, Græcè dicitur *θύρα ἰπποδρόμου*. Sunt & apheteria, auctore Suida, *ὄργανα πολιορκητικὰ*, id est instrumenta ad vrbes expugnandas accommodata. *Fœliciter euenire*] Vis videre quippiam germanum consimilèque moribus institutisque priscorum? Scito in nostra religione idem pollere Amen, quod hic fœliciter. nam vt aquila interpret exprimit, quod nos fideliter possumus dicere, id apud Hebræos significat amens: quod alij fiat transfulerunt, quo significatur, vt ea quæ supra sunt verè dicta confirmentur. Super ea re extat breuis epistola diui Hieronymi ad Marcellam. Scire autem debemus, apud Hebræos in fine librorum vnum ex tribus solere subnecti, vt aut Amen scribant, quod fideliter siue fiat significat: aut Sela, quod transfertur semper: aut Salon, quod exprimit pacem. igitur vt solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius subsequenti interponere *Explicit*, aut *Fœliciter*, aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, vt quæ scripta sunt roborentur, facere solent, vt dicant Amen, aut in sempiternum, & scribenda commemorant, vt ponant Sela: aut transacta fœliciter protestantur, pacem in vltimo subnotantes. sic & nunc ex ritu prisco fœliciter populus succlamauit in fine orationis, quam de libro scribi pronunciauerat. *Exim.*] exinde, deinde. *Vngue latius.*] Proverbiale est, ex illo Plautino, *Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris.* *Verbenas.*] Verbenæ generali vocabulo sunt omnes herbæ & frondes, quæ festæ ad aras coronandas adhibentur, quasi herbenæ dictæ: & vt inquit Donatus, *redimicula sunt ararum.* De verbenis, quæ & samina dicuntur, de verbenario legato, quem ad hostes mittebant res raptas repetitum, aliubi plura annotauimus. *Indidem.*] inde. *Intentus deæ.*] id est, spectans intentis oculis effigiem deæ. *Pinnarum taurinarum.*] Tamam volaticam: pingunt, & pinnatam: qua nihil velocius, quam poetæ eleganter graphicèque depingunt, & in primis noster Maro, qui eam pedibus celerem & pernicipibus alis esse memorat: cui quot sunt corpore plumæ, tot vigiles oculi sub-

ter. Tertullianus in apologetico: Cur malum, inquit, fama? quia
 velox, an quia plurimum mendax, serpit hæc intra duces lingua-
 rum, & aurium. Contrà Symmachus: Vera (inquit) res est famam
 esse velocem: sed dissentio à Mantuano, qui eam putat in malis
 debere numerari: nam quid hac præclarius, cum lætis nuncijs ri-
 gat aures & mentem bonorum? *Adorabile.*] adoratione venera-
 tionèque dignissimum. Vernulæ, seruuli domestici. *Nexu sangu-
 nis.*] Consanguineos necessariòsque significat. *Luctu deposito.*] lu-
 ctum deponere propriè est, squalorem vestis nigrae lugubrem
 exuere, & omne mœoris indicium deponere, vt sæpe diximus.
Variè munerabundi.] cum variis muneribus venientes. Munera-
 bundus non similis donanti, sed donans & munera dans signifi-
 catur. *Reducem conspectum.*] Signatè locutus est: nam redux pro-
 priè is dicitur, qui ex insperato periculo euadens reducit ad su-
 peros. *Desperata facie.*] Desperauerat Lucius se deinceps vquam
 visurum quempiam suorum vnde gaudium tanto maius effi-
 ciebatur, quanto erat id insperatus, & præter expectationem.
Oblationes.] munera, quæ illi vltro obtulerant: seruator & hic
 mos hodièque, vt necessarij offerant munera reducibus. *Æqui
 bonique facio.*] in bonam partem accipio prouerbiale est, de quo
 in primo commentario: & hæc, honesta locutio. *Ad cultum
 sumptumque.*] Denotat non solum necessaria in sumptum depor-
 tata esse à necessariis, sed ea quoque quæ ad cultum splendido-
 rem pertinerent, largè sumministrata.

*Affatis singu-
 lis.*] allocutis: passi-
 ua significatione
 posuit. vt Virgi-
 lius: Cursusque
 dabit venerata sa-
 cerdos. *Pristinis.*]
 prioribus, quas
 sub asinali forma
 exanclaueram.
*Intra conspectum
 templi.*] nomine
 conspecti, signifi-
 cat totum illud se-
 pimentum & am-
 bitum, quo vnà
 cum templo ædes
 quoque sepieban-

*Affatis itaque ex officio singulis, nar-
 ratisque meis pristinis ærumnis, & præ-
 sentibus gaudijs, me rursum ad deæ gra-
 tissimum mihi refero conspectum: edi-
 bisque conductis, intra conspectum tem-
 pli larem temporarium mihi constituto,
 deæ mysterijs adhuc priuatis appositus,
 contuberniisque sacerdotum indiu-
 diuus, & numinis maoni cultor insepa-
 rabilis. Nec fuit nox vna, vel quies a-
 liqua, visu deæ monitùque ieiuna: sed
 crebris imperijs, sacris suis me iamdu-
 dum destinatum. nunc saltem censebat
 initiari. At ego quanquam cupiens*
 velle-

voluntate præditus, tamen religiosa formidine renitebar. quod enim sedulo percontaueram, difficile religionis obsequium, & castimoniorum abstinentiam satis arduam, cunctoque circumspectu vitam, quæ multis casibus subiacet, esse veniendam: hæc identidem mecum reputans, nescio quo modo, quanquam festinans differebam.

Visu deæ ieriana. Inanis & vacua. Iuuenalis: En animam & mentem, cum qua dii nocte loquuntur. sic Socrates sæpenumero à dæmone suo regebatur, cuius monitis sedulo obediebat, cuius vocem auribus sæpenumero vsurpabat, cui & forma dæmonis visitata sæpe est. Pythagorici mirabantur, si quis se denegaret vnquam vidisse dæmonem. Itaque cum nihil deo similis sit & gratius, quàm vir animo perfectè bonus: credibile est, cum monitu dei & visu instrui posse & perfui, qui bonitate fiet deo proximus, gratissimusque. *Initari.*] religioni & mysteriis dedicari. De initiis, quæ sunt sacræ deorum, diximus suprâ, quæ à Tertuliano initiationes appellantur, cum ait: Cum etiam semper impia initiationes arceant prophanos, & arbitris caueatur. *Religiosa formidine.* Laudabilis est illa formido, & verecunda, quam rebus religiosis adhibemus. Socrat. in Cratilo: Deos (inquit) iam mitamus, per deos obsecro: nam de his differere vereor, & vt Aristot. ac Seneca præcipiunt, nunquam nos verecundiores esse decet, quàm cum de diis agitur, ne quid temerè, ne quid impudenter, ne quid inscienter in religiosis rebus audeamus. inde etiam fit, vt intremus templa compositi, vt ad sacrificium accessuri vultum summittamus, omni argumento modestiæ fungentes. *Percontaueram.*] interrogaueram: secundum actiuam formam, ex priscorum consuetudine dixit percontaueram, quod nos percunctatus fueram. sic recordaui dixit Quadrigarius, præstolat Turpilius, præliant Ennius: sic & Neuius percunctare actiuè protulit, scribens: Si percunctassem, malam hoc me præterisset. *Castimoniorum.*] de castimoniis antè dictum est, quibus in primis sacerdotis vita debet esse vallata, cum perpetuum & quasi peculiare epitheton sacerdotum sit, vt casti nominentur, vt sint frugalissimi, abstinentissimique. Dedicerat percunctando Lucius noster, quanta castimonia, quantaque circumspicientia & sanctitudine viuendū esset homini religioso, &

sacraria religionis ingredienti, proinde re procrastinabat. *Quamquam festinans differebam.*] Diuus Augustinus lib. 8. Confessionū, hoc idem de se ipso scribens ait, quod scilicet cum seruire deo disposuisset, tamen procrastinabat, de die in diem differebat, dicens, modò ecce modo, sine paululum: sed Modò & modo non habebat modum: & Sine paululum in locum ibat: due (inquit) voluntates animum meum discerpebant, fiebatque rixa interior animi, vt nec plenè vellet, nec plenè nollet.

Visus est mihi.] scilicet in somnis.
Summus sacerdos.] Græcis vocabulis dicitur archierus, protomythes, archimandrita. *Partes illas.*] Sicut partes oblationum de mensa mitti solent amicissimis: ita videbatur dormienti Lucio summus sacerdos offerre plenum gremium, & partes effundere, quod significabat, venturos famulos de patria cum muneribus largioribus. *Indidem.*] inde, ex Thessalia. *Nomine Candidum.*] Somnia plerunque, vt oracula, flexuosa sunt, & ambigua: sicut nunc somniat Lucius ad se venire seruum nomine Candidum, quo portendebatur, equam colore candidum de

Nocte quadam, plenum gremium suum visus est mihi summus sacerdos offerre. At requirenti, quid viq; istud? respondisse, partes illas de Thessalia mihi missas: seruum etiam meum indidem superuenisse, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginem, diu diuque apud cogitationes meas reuoluebam, quid ne! portenderet, præsertim cum nullum unquam habuisse me seruum isto nomine nuncupatum certus essem: vt tamen sese præsagium somni porrigeret, lucrum certum modis omnibus significari partium oblatione credebam. Sic autem, & in prouentum prosperiorem attonitus, templi matutinas apertiones aperiebar. Ac dum valuis candentibus reductis, in diuersum dea venerabilem conspectum apprecamur, & per dispositas aras circumiens sacerdos rem diuinam procurat, supplicamentis solennibus de penetrati fonte petiitum spondeon libat: rebus iam vite consummatis, inchoate lucis saluationibus, religiosi primam nunciantes horam perstrepunt. Et ecce superueniunt de patria, quos tibi reliqueram famuli, cum me Foris ma

lis incapistrasset erroribus, cognitis scilicet famulis meis, necnon & equum quoque illum meum reducentibus, quæ diuerse distractum nocte dorsualis cognitione recuperauerunt. Quare solertiam somnitum mirabar, vel maxime quod præter congruentiam lucrosæ pollicitationis, argumento serui Candidi, equum mihi reddidisset colore candidum.

id est.] Corrigere, partium oblatione. nam ex illa oblatione partium, quas pleno gremio visus erat sacerdos offerre, coniecitabat lucrum certum indubitanter significari.

Operiebar.] expectabam, vt templum Iudis matutino aperiretur. *Candentibus.*] splendentibus, lucentibus. *Reductus in diuersum.*] Valua in diuersum reducuntur, quando patefiunt, & in diuersas partes reuoluuntur. *Petium spondeon libat.*] Græci spondeon, id est, *σπονδειον* vocant calicem & poculum libatorium atque sacrificale: spondeus pes est metricus cunctis notus, qui constat ex duabus syllabis longis, dictus *σπονδειον*, quia in sacrificijs libantes eo utebantur: Græci enim *σπονδειον* libamina appellant. Numa Pompilius hunc pedem pontificium nominauit, cum spondeo melo, hoc est, cantu patrios placaret indigetes. præterea thure incensis altatibus, tibi cen spondalio canere videbatur, vt duabus longis melodijs, quasi duplicibus, & iugibus vocibus prospera deorum voluntas firmaretur. Sensus est: Sacerdos de sacratio peni-
 ore calicem libatorium exoromphit, eumque libauit. Et ita legere malo, vt spondeon sit casus accusatiuus, accipia que pro vase, quam quod spondeo legatur septimo casu, & accipiat pro pede & canine sacrificali. Suidas tradit *σπονδειον* *αἰθέρα* *εἰς* *σπονδειον*: id est spondeon esse vasa in quibus sacrificant. *Consummatis* } peractis. *Lucis salutationibus.*] adorationibus matutinis incipientibus. namque salutationes dicuntur venerationes deorum, & adorationes: & salutare deos, est venerari & adorare. Terentius in Phormione: At ego deos penates hinc salutatum domum deuortor. Exponit Donatus, salutatum, adoratum: quod est primum post redditam precem. Hoc idem tradit Seruius in 12. commentario. Martialis: Compressis natibus Iouem salutarat. Plautus in Curgulione: Quis hic est, qui operto capite Esculapium salutat? *Victorinus* in quarto de Architectura præcipit, si circum

Thessalia Superuenturum, quem illic in hospitio Milonis habuerat.

Isto nomine.] scilicet Candidi. Candidum autem nomen esse viri proprium, & recens & vetustum, nemo inficiatur. Patrium oblatione cre-

vias publicas erunt ædificia deorum, vt ita constituentur, vt prætereuntes possint aspicere, & in conspectu salutationes facere: hoc est, vt docuimus, deos adorare & venerari. Non ineleganter & nos, quando inus auditum diuina mysteria, dicere possemus, nos facere salutationem, & Deum salutare. *Primam horam.*] Sic & nostri sacerdotes primam, tertiam, sextam, nonam horas habent sacrificiis legitimas, & deputatas. Si curiose introspexeris nouissimum hoc volumen Apuleianum, haud dubiè cognosces pleraque omnia instituta nostræ religionis sumpta esse, translataque ex cerimonia ethnicorum. *Et ecce.*] Sæpe annotauimus apud Virgilium & M. Tullium, quòd hæc particula aliquod malum repentinum insperatumque significat: hic verò & aliubi sæpe improuisum bonum denotat. *Fotis.*] ancilla Milonis, cuius amore captus, dum vult fieri bubo, demutatus est in asinum: quòd abundè in primis voluminibus explicatur. *Incapistrasset.* } illigasset, illaqueasset, irretisset. à capistro formatum verbum: Oportet, inquit Plinius, araturos boues fiscellis capistrari, ne germinum tenera præcerpant, vbi fiscellis significantur vincula illa ex funiculis texta, quibus ora bouum vinciuntur inter arandum. Cato quoque fiscellas in hoc significato nominat. *Distractum.*] id est, pluribus diuenditum, & diuersos dominos sortitum. *Nota dorsualis.*] Designat, equum notam siue maculam in dorso habuisse, qua fiebat cognobilior. sic Bucephalus Alexandri magni impressum habuit armo taurini capitis insigne: sic & Cæsaris dictatoris equus, pedes priores similes humanis pedibus habuisse proditur à dorso dorsualis nota dicta. Solinus: Aculeatae sunt, inquit, delphini spinæ dorsuales. Dorsualia quoque dicuntur operimenta iuramentoria Iulius Capitolinus in Gallicis: Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boues cornibus auro iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. *Recuperauerunt.*] Tit. de rei vindicatione docent copiosissimè Iurisperiti, non solum singulas res, sed etiam gregem posse vendicari. Quod & de armento, & de equitio, cæterisque quæ gregatim habentur, dicendum est: & vt inquit Vlpianus, vbi probauit rem meam esse, necesse habebit possessor restituere, qui non obiecit aliquam exceptionem. *Lucrosa pollicitationis.* } Lucrosa pollicitatio refertur ad partium oblationem, quas in somnis offerri viderat à sacerdote, quibus congruebant serui de patria venientes cum pecuniis, sicut seruo nomine Candido mirè congruebat equus colore candidus.

Idem. } Dic, in-
de. *Futura.* } Lego,

Quo factò idem sollicitus, sedulum
colendi

colendi frequentabam ministerium, spe
 futuri beneficij presentibus pignerata.
 Nec minus indies mihi magis magisque
 accipiendorum sacrorum cupido gliscebatur,
 summissisque precibus primum sacerdotem
 sapissime conueneram, petens ut me
 noctis sacra tandem arcanis initiaret.
 At ille, vir alioquin grauis, & sobria re-
 ligionis obseruatione famosus, clementer
 ac comiter, & (ut solent parentes imma-
 turis liberorum desiderijs modificari)
 meam differens instantia, spei melioris
 solatijs alioquin anxium mihi permul-
 cebatur animum. Nam & diem quo quis-
 que possit initiari, de a nutu demonstra-
 ri, & sacerdotem qui sacra debeat mini-
 strare, eiusdem prouidentia deligi: sumptus
 etiam ceremonijs necessarios simili pre-
 cepto destinari. Que cuncta nos quoque
 obseruabili patientia sustinere censebat,
 quippe cum auaritati contumacieque sum-
 me cauere, & utramque culpam vitare,
 ac neque vocatus morari, nec non iussus
 festinare deberem, nec tamen esse quen-
 quam de suo numero tam perditam men-
 tis, vel immo destinate mortis, qui non si-
 bi quoque, seorsum iubente domina, teme-
 rarium atque sacrilegum audeat ministerium
 subire, noxamque letalem contrahere.
 Nam & iterum claustra, & salutis tu-
 telam in dea manu posita, ipsamque tra-
 ditionem ad instar voluntariae mortis
 & precariae salutis celebrari: quippe
 cum transactis vite temporibus, iam

futuri. spes, inquit,
 boni futuri fulcie-
 batur presentibus
 beneficijs, quasi
 pignerata. Indies.]
 quotidie, magis.
 Cupido gliscebatur.]
 crescebat deside-
 rium. Famosus. }
 Attende, si mo-
 dum in bonam
 partem & cum
 laude dici, cum
 frequentius famo-
 sus dicatur infam-
 is. Consimiliter
 Firmicus Mater-
 nus in 2. famosos
 oratores appellat
 famigeratos & in-
 clytos. Plinius quo-
 que in epistolis, fa-
 mosam causam
 dixit, claram & il-
 lustrem intelligi
 volens. Illud vero
 Satyrici poetae, Fa-
 mosos equitum
 cum dictatore
 magistris, legere
 consuevi fumo-
 sos, ut ad imagi-
 nes fumosas refe-
 ratur: iuxta illud
 Senecae, Non fa-
 cit nobilem a-
 trium plenum fu-
 mosis imaginibus
 Subscriptor quo-
 que accedit M.
 Tul. qui in Pisonem
 scribens inquit:
 XXx iij

Obrepfisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil præter colorem. Vfitatissimum autem est, & magis proprium, ut pirata, lenones, gladiatores famosi dicantur: hoc est infames, & vitæ tarpitudinē notatissimi. *Im maturis desideris.*

Ex quotidiano negotio ducta sententia: quotidie enim videmus parentes improbiā desideris filiorum præproperis, quadam modificatione: ut moneant quædam melius fieri, si differantur, quam si statim peragantur. sic Latinus Virgilianus cohibet Turnum ferocientem. *Nam & diem.* Hæc dicebantur à primario sacerdote, ad leniendum Apuleij desiderium: quem, utpote festinantem, omnis dilatio & mora torquebat. *Vtranque culpam vitare.* videlicet, ne nimis audius festinarem, & ne vocatus nimis contumaciter remorarer. *Quanquam.* Corrige, quenquam. *Noxam lethalem.* Implicata phrasis, hoc intellectu: Nullus est sacerdotum tam temerarius, tam perditæ mentis, ut audeat sine iussu deæ subire ministerium sacerdotale, & periculum mortiferum irato numine contrahere, qui enim non iubente domina vellet sacra tractare, sacrilegium committeret, & noxam: hoc est culpam exitialem contraheret, & ex culpa supplicium. *In deæ manu.* Ut ante dictum est, hæc eadem dea est regina manium, quæ inferorum deplorata silentia nutibus dispensat. *Traditionem.* Quando quispiam traditur in tutelam deæ, & obsequio religionis destinatur, ea traditio fit quædam quasi voluntaria mors, dum scilicet è vita prophana transitur ad religiosam: ut tunc homo renasci videatur, salute data numinis præsidio. vel hoc dicit: Sacerdotes eligi ab ipso deæ numine, eos qui iam hanc vitam peregerunt, suntque in confinio vitæ ac mortis constituti: & ita tunc quodammodo renasci videtur, & salute precario data perfrui,

Lucis lumine.] *Lego, lumine.* sic Virgil. infantumque animas flentes in limine primo. *Quis.* } quibus. *Post sunt.*] *Corrige, possint. Committi silentia.* } Sæpe diximus, nulla re magis mysteria commendari quam silentio. hinc Tertullianus: Omnibus (inquit) mysteriis silentij fides adhibetur: Samothracia & Elusina reticentur. *Elicere.* } Legendum est Eligere, & est ordo ac sensus: Numen deæ solet eligere constitutos in ipso lucis finitæ limine. *Ergo dicitur.*] *Supra dictum, quod veteres particulas has multiplicabant: & est archaïsmos figura. Nuncupatum.*] nominatum, dictum, promissum. Nuncupata pecunia dicitur nominata, certa, nominibus propriis pronunciata. Item vota nuncupata dicuntur, quæ magistratus, cum in provinciam proficiscuntur: faciunt. *Santra ait, nuncupata significare, quæ promissa testificata, recepta sint. Cibus prophanis ac nefariis temperare.* } Cum vita clericorum discretæ esse debeat à vita laicorum, ut Telephorus inquit: meritò sacerdotes & candidati religionis abstinere debent à cibis prophanorum, hoc est eorum qui religiosi non sunt. Apud ethnicos costum non gustabant sacerdotes Isis & Cybeles, esus carniæ & vini potus specialiter interdicitur sacerdotibus: de quo paulo mox dicemus copiosius. Nefarij autem cibi dicuntur, quibus sacerdoti nefas est vesci. Nefarios M. Var. & Nonius sceleratos dici interpretantur, tanquam ne farre quidem uti debeant. Vnde qui indigni sunt qui vivant, nefarij vocantur. *Pedianus Alconius: Nefandum (inquit) est, non fandum: Nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Ergo nefarij, sacrilegi dicuntur, qui sacra polluunt. Ad arcana pervadere.* } nihil sic acumen mentis operatur, quam frugalitas in esu, & sobrietas in potu. Apollonius Tyaneus, potu aquæ dicebat ingenium vegetari, fierique purgatus atque divinius: ut meritò sobriosus atque abstemius facilius posse videatur aspirare ad religionis arcana noscenda, quæ belluonibus violentisque non patent, quorum mentes quibusdam quasi adipibus involutæ curvantur in terram, neque cœlestia suspicere possunt.

Dixerat sacerdos: nec impatentia corruppebatur obsequium meum. sed intentis mihi quiete, & probabili taciturnitate, sedulum quot dies obibam culture sacrorum ministerium. nec me sefellit, nec longi temporis prolatione

Intentis.] *Lego, intentus. Probabilitate.*] *Probabilis taciturnitate.*] *silentio religioso. Qui sacris initiantur, in primis loquitari dediscunt, tacere condiscunt,*

& Pythagorica taciturnitate sese religioni idoneos approbare. Orpheus ab his quos initiabat exegit, ne prophanis auribus religionis secreta proderentur. *Quot dies?* } quotidie, & ut veteres dicebant, quot diebus, pro singulis diebus: sicut dicitur quotannis, quot mensibus. *Obibam.* } adibam, peragebam. *Prolatione.*] dilatione, procrastinatione. *Competeres.* } quasi dicas, compotem faceret. *Supplicamentis.*] Nomine supplicamentorum, non tam supplicationes & ceremonias intelligere videtur, quam apparatus necessarium ad ceremonias, & religionem auspiciandum. *Ipsam Mithram decernit.* } Non temere Mithram sacerdotem appellat, sed mystico intellectu, alludens videlicet scite & callen-

crucianit potentis dea benignitas salutaris. Sed noctis obscura non obscuris imperijs euidenter monuit, aduenisse diem mihi semper optabilem, quo me maximi voti competeret: quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis. ipsumque Mithram illum suum sacerdotem precipuum, diuino quodam stellarum consortio (ut aiebat) mihi coniunctum, sacrorum ministrum decernit. *Quis & ceteris benignolis preceptis summatis dea recreatus animi, necdum satis luce lucida discussa quiete, protinus ad receptaculum sacerdotis contendo, atque eum cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus saluto. Solito constantius destinaueram iam, velut de bitum saeris obsequium flagitare. At ille statim ut me conspexit, prior: O Luci, inquit, te foelicem, te beatum, quem propitia voluntate numen augustum tanto pe re dignatur. Et quid, inquit, iam nunc stas ociosus, atque ipsum demoraris? Adest tibi dies votis assiduis exoptatus, quo dea multi nominis diuinis imperijs, per istas meas manus pijsimis sacrorum arcanis insinueris. & iniecta dextera, senex comisissimus, ducit me protinus ad ipsas fores adis amplissimae, ritumque soleni aperitionis celebrato ministerio, ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti profert quosdam libros literis ignorabilibus, prenotatos, partim figuris huiusmodi animalium, concepti sermonis compendiosa*

diſſa verba ſuggerentes : partim no-
doſis, & in modum rote tortuoſis, ca-
preolatimque condenſis apicibus. ac cu-
riofitate prophanorum lectione mun-
ta, indidem mihi prædicat, qua fo-
rem ad uſum telet. & neceſſario præpa-
randa.

ter ad nomen ſo-
 lis, qui Serapis &
 Osiris eſt, quem
 Mithram Perſæ
 appellant. Strabo
 in 15. Perſe, inquit,
 cælum Iouem pu-
 tât: colunt ſolem,
 quem Mithram
 vocant. Item Lunam & Venerem, & ignem & tellurem, &
 ventos & aquam. De hoc intellexit Papinius in Thebaidos, il-
 lo verſu: Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. vbi Lu-
 tatiuſ interpres inquit: Sol apud Achæmenios Titan, apud Aſſy-
 rios Osiris, apud Perſas (vbi in antro colitur) Mithra vocatur.
 Hoſtanes quoque refert, ſolem proprio nomine Mithram dici.
 Perſarum moſ eſt, vt per mithram, id eſt, ſolem iurent. ſic apud
 Plutarchum Artaxerſes iurat, *ὕπὸν μίθραν*. id eſt, per ſolem.
 Suidas inquit, *μίθραν νομίζουσιν εἰ πέροσαι εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ τούτῳ θυε-*
σι ποταμὸν θυετίας: id eſt, Perſæ autumant Mithram eſſe ſolem,
 cui multas hoſtias ſacrificant, hinc Mithriaca ſacra dicuntur O-
 ſiridis, ſive ſolis ſacrificia, de quibus Helius Lampridius in vita
 Commodi ſic ſcribit: Sacra Mithriaca homicidio vero polluit,
 cum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat:
 Sciſſimè igitur Mithram Lucius appellat ſacerdotem prima-
 rium, quaſi ſolis lunæque antiſtitem, quorum deorum numina
 & ſacra inter ſe cognata ſunt, & communia. Mithrax Perſa-
 rum gemina eſt, contra ſolem variè refulgens. *Stellarum con-*
ſortio. Conſimile eſt illud Perſianum: Neſciò quid certè eſt,
 quod me tibi temperat aſtrum. Nec abſimile illud Horatia-
 num: Vtrunque noſtrum incredibili modo conſentit aſtrum.

Quis. } quibus. *Summatis deæ.* } præpotentis Iſidis. Dicimus ſum-
 mates, ſummæ conditionis & potentia: infimates, infimo loco
 natos. Plautus in Stichos: Summates viri ſummi accumbent, e-
 go infimatis infimus. *Recreatus animi.* } pro animo. ſic veteres
 loquebantur, vt ſuprà dictum eſt. ſic & Flaccus in Argonauticis,
 Tandem animi incertum, dixit. & Terent. falſus animi, pro ani-
 mo: vt exponit Donatus, ſcribens eſſe antiptofin veterum, vt
 caſus pro caſu ponatur. *Contendo.* } pergo. *Commodum pro-*
deuntem. } Tunc, eo ipſo tempore, vt ſape iam dictum eſt.

Continuatus. } ſubſequent. *O Luci.* } Verba ſummi ſacer-
 dotis ad Lucium Apuleium, quibus eum ſœlicem appellat,

tanquam ipsi deæ gratum, à qua dignus iudicatur religionis obsequio. *Augustum.*] venerabile, & sacrosanctum. *Deæ multominis.*] Suprà explicatum est, deam hanc merito multominem dici, quàm totus veneratur orbis nominibus variis. *Piissimis.*] Si credimus M. Tullio, piissimus latinum non est: carpenti M. Antonium, tanquam parum latine locutum, qui piissimum hominem dixerat. Verba Ciceronis ex 13 Antoniana hæc sunt: Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in latina lingua est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Verùm posterior scriptorum ætas latinitate donauit id vocabulum, quibus dictio hæc vsitatissima. Pientissimum quoque idonei auctores vsurpant. *Insinueris.*] Quasi per insinuationem inseraris, admittarisque. *Comissimus.*] suauissimus, facillimus, affabilissimusque. *Aperitioris ministerio.*] Hodieque nostri sacerdotes ritu quodam solenni, & verbis religiosis aperiunt templi fores, matutinumque officium peragunt in ecclesia. *De operis adytis.*] Adytæ sunt sacraria in templis, ad quæ nullus nisi sacerdos summus accedit. Vnde ex Græca interpretatione nomen. nanque ἀγίαρον εὐρυπύλον, id est, particula priuatiua est: & ἄγος, ingredior. *Virg.* A Eternumque adytis effert penetralibus ignem. Tale erat Hierosolymis in templo sacrarium sanctitatis, quod sancta sanctorum vocât, quò solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine, quem pro se offerret, & populi delicto. Vt refert Egesippus lib. 5. & vt auctor est Iosephus, intima templi pars inaccessa & inuiolata & inuisibilis omnibus habebatur, sanctique sanctum vocabatur. Olim Pompeius Magnus sancta sanctorum, non vt venerator, sed vt prophinator intrauit. Refert Liuius, habita de Bacchanalibus quaestione, senatum decreuisse, ne qua sacra in operto fierent: oportanea sacra (vt iam diximus) appellant, quæ in operto sunt, seclusa quoque dicebantur, quæ Græci mysteria appellant. *Partim huiusmodi animalium.*] Religiosa AEgyptiorum volumina designat, quæ ex charta hieratica, id est sacrata conficiebantur. In his literas ignorabiles perscribebant, notis volucrium, ferarum, aliarumque rerum prænotatas, quas sacras vocant: quas Marcellinus, Macrobius, cæteri que hieroglyphicas nominari tradunt, quibus & obeliscos insculptos habebant. Hinc illud Plinianum ex 36. vbi de obeliscis mentio: Etenim sculpturæ illæ, effigiesque quas videmus, AEgyptiæ sunt literæ. De his literis, quæ singulæ singulis nominibus seruiabant; &

non.

nonnunquam significabant integros sensus, Corn. Tacitus sic scribit: Primi per figuras animalium Aegyptij sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriae humanae impressa saxi cernuntur, & literarum semet inventores perhibent: Hoc idem Lucanus eleganter expressit his versibus: No-
 uerat, & saxi tantum, volucresque, feræque, Sculptaque ser-
 uabant magicas animalia linguas. Ut autem tota res planius
 liquecat, subiicienda sunt ex celeberrimis auctoribus exempla,
 qui tradunt, per vulturem in literis Aegyptiorum sacris, & con-
 sequenter ignorabilibus, naturæ vocabulum significari: quia
 mares nullos posse inter has alites inueniri, rationes memorant
 physicae. Per figuram apis mella conficientis, designatur rex
 imperans cum iucunditate. Annus indicatur picto dracone,
 caudam suam mordente: quia in se vertit. Idem scribunt accipi-
 trem, denotantes rem citò factam: quoniam accipiter sit inter
 aues velocissimus. Crocodilus malum significat: multaque
 consimilia, ne infinitus sim, annotata reperio, quib. nunc libros
 ad cerimoniarum arcana pertinentes prænotatos fuisse tradit,
 ne scilicet à prophanis talia nosci possent. *Compendiosa verba.*]
 Verba compendiosa & litera dicuntur, quibus singulis integri
 sensus significantur. *Indidem.*] ex libris illis, quorum lectio erat
 impenetrabilis & imperuia curiositati eorum qui non forent i-
 nitiati, illis enim solis erant cognobilia. *Capreolatim condenss
 apibus.*] Figuras exprimit Hieraticarum literarum, quæ instar
 capreolorum colligatae, implicataeque ita erant, ut curiositas ir-
 religiosorum talem lectionem assequi nequiret. Cherenon phi-
 losophus scripsit Hieroglyphica: adhuc Romæ consimiles litera
 visuntur in minore obelisco, & alia quaedam iuxta Pantheon A-
 grippæ. Capreolatim autem aduerbium est, quod significat im-
 plicatè & connexè: ductum à capreolis vitiginosis. Nam (ut docet
 M. Varro) collicolus viteus intortus ut cincinnus, à capiando ca-
 preolus est dictus: qui se erigit ad locum capiendum, & vitæ
 implicat. vulgo hodièque tales capreoli nominantur. *Ad xsum
 teletæ.*] Teleta Græco nomine dicitur consecratio, expiatio, sa-
 crificium. August. in 4. de Ciuitate Dei tradit, Græcos teletas
 ac mysteria taciturnitate parietibusque clausisse. Eiusdem ex vo-
 lumine 10. verba hæc sunt: Hæc enim dicit per quasdam conse-
 crationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri, apud Pla-
 tonem in 2. de repub. legimus libros circumferri Musæi & Or-
 pheï, secundum quos sacra celebrant: persuadentes non priuatis
 solum, verum etiam ciuitatibus, solutiones & purgationes scelerum
 per sacrificia, cum ludorum oblectamentis fieri, & viuenti-

bus & defunctis: quas teletas, id est expiationes vocant, quæ nos ab illis quæ mala sunt liberent. De teletis, apud Platonicos philosophos frequens mentio. Scribit Porphyrius, teletis solis & lunæ animas non purgari: ut hinc ostenderet, nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Suidas docet τελετή, hoc est teletam esse sacrificium maximum & preciosum: ex eo dictum, quòd multa in teletis absumuntur. τελετή enim dicunt Græci ἵερουργία, hoc est, insumere & impendere.

Gnauiter. } cele
riter & strenuè.

Sueto lauacro.] ut mundus purèque lautus, purissimæ religionis sacris initiaret. Græco vocabulo Nymphaea appellamus lauacra, & ita Iosephus interpretatur. Suidas tradit, Nymphaea dici λουτήρα, id est, lauacra. Iulius Capitolinus in vita Gordianorum sic refert: Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam Nymphaea & balneas. ubi nymphaea accipimus pro lauacris & thermis, quæ posteritatis causa à principibus extruebantur. Fœdissimè labuntur hi, & cæcutientes hallucinantur, qui existimant Nymphaea apud Capitolinum si-

Et protinus gnauiter, & aliquanto liberalius, partim ipse, partim per meos socios coemenda procuro. Iamque tempore (ut aiebat sacerdos) id postulante, stipatum me religiosa cohorte deducet ad proximas balneas: & prius sueto lauacro traditum, præfatus domini veniam purissimè circumrorans abluo: rursumque ad templum reductum, iam duabus diei partibus transactis, ante ipsa deæ vestigia constituit: secretisque mandatis quibusdam, quæ voce meliora sunt, illud planè cunctis arbitris præcipit, decem continuis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque ullum animal essem, & iniuuius essem. Quis venerabili continentia ritè seruauis, iam dies aderat diuino destinatus vadimonio: & sol curuatus intrabat vesperantum ecce confluit undique turba, sacrorum ritu vetusto variis quisq; me muneribus onerantes. Tunc semotis procul prophanis omnibus, linteo rudique me coniectum amicumine, arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarij penetralia. Quer as forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid factum? Dicerem, si dicere liceret & cognoscere

gnoscere, si liceret audire. sed parem
noxam contraherent aures & lingua il-
la temeraria curiositatis. nec te tamen
desiderio, forsitan religioso suspensum
angore diutino cruciabo. Igitur audi,
sed crede quæ vera sunt. Accessi confi-
nium mortis: & calcato Proserpina li-
mine, per omnia vectus elementa remea-
ui. nocte media vidi solem candido co-
ruscantem lumine, deos inferos, & deos
superos. Accessi coram, & adoravi de
proximo. Ecce tibi rezuli, quæ quamvis
audita, ignores tamen necesse est. ergo
quod solum potest sine piaculo ad pro-
phanorum intelligentias enunciari, re-
feram.

gnificare cubicu-
la nuptialia. Non
enim nego *ῥύμ-
ῳν* dici *ῥύμῳν ἱε-
ρῶν*, id est, sponzorū
sacrarium: sed hęc
significationem
haudquaquã con-
uenire cum intel-
lectu Capitolini,
affeueranter affir-
mo. *Domini.* } Pu-
rior lectio est,
deũ pro deorũ.
Circumrorans.] O-
uid. *Roratis lustra
uit aquis.* M. Tull.
in *Legibus* præci-
pit, vt casti diuos
adeamus, & asper-
sione aquæ labes eluamus: quòd & ad purificandos refertur. Ex
instituto priscorum, sacrificaturus diis superis, corporis ablutio-
ne purgatur: cum verò inferis litandum esset, sola aspersione vte-
batur. *Constituit.*] statuit, collocavit. *Quæ voce meliora.*] Id est,
quæ sileri melius est: & ita ostendit, non esse inuulganda arcana
factorum. *Cuncti arbitris.*] id est, coram omnibus: vt cuncti
audirent, spectarentque. *Decem diebus.* } Superstitio priscorum
10 dies puros, castosque dedicavit Isiacæ religioni. Hinc illud
Propertianum: *Cynthia iam noctes est operata decem.* Luvius
scribens de matre filium initiatura Bacchanalibus, sic refert: *De-
cem dierum castimonia opus esse. decimo die cœnatum, deinde
purè lautum in sacrarium deducturam. idem docet, eum qui ini-
tari volebat, per aliquot noctes secubuisse à fœminæ complexu,
religionis causa. Ouid. quoque in sacris Cerealibus tradit, secubi-
tus usurpari solitos, vt scilicet fœminæ solæ in vacuo thoro per
aliquot noctes secubarent. Apud veteres cerimonie denariæ
dicebantur, quibus sacra adituris per decem continuos dies cer-
tis quibusdam rebus carendum erat. Nunc Lucius noster deno-
tat, ei ieiunium indici solitum 10 dierum, qui sacris Iſidis ini-
tari veller. sic hodièque nostri sacerdotes cibus ganeatis in-
terdicuntur causa religionis: verùm cum ad diem festum*

venerint, saturantur ad vomitum. Quorundam gulosa abstinentia est vt scilicet ab elu panis & carnum temperantes, faciantur bellariis : & maritum panem pro frumentario pane deuorantes, de ieiunio glorientur. *Essem.* } comessem, comederem. ab edo, es, inclinatum verbum. *Neque vltum animal.* Priscis temporibus nec carnibus vesciebantur, nec animalia diis immolabant, sed liba & fructus melle concinnati, ceteraque huiusmodi sacrificia pura diis offerebantur. nam vesci carnibus (vt inquit Plato lib. 6. de Legibus) & deorum aras polluere sanguine, impium videbatur. & hæc fuit Orphica vita, & Pythagorica. inanimatis quippe vesciebantur, & ab animalibus omnibus abstinebant. Dicaearchus Peripateticus, antiquos inquit nullum animal occidisse. Essæi Iudæorum philosophi, de quibus Hieronymus, Iosephus & Eusebius multa diligentissime scripserunt, abstinebant tum animalibus multis, tum prorsus omni incontinentia. denique ex ipsa vita temperatissima, atque veritatis studiosissima, & deo deuotissima, inter eos multi futura præ sagiebant, prophetaeque nominabantur. Porphyrius Platonius lib. 4. de sacrificiis auctor est, vitam æternam contineri sanctimonia, abstinentia ab elu animalium. Sicut inquit magnes lapis animum quasi quandam tradit ferro quod rapit, ferrumque natura granissimum leue euadit, eleuaturque spiritu magnetis: ita qui ad Deum eleuari cupit, non debet querere nutrimentum carnum, quo saginatum corpus mentem impedit, nutritusque diuinitate naturalius deo coniungetur quam magneti ferrum. Sed vtinam absque cibo penitus, atque potu, agere vitam potuissemus, vt corpus cohibentes, optimis statim rebus coniungeremur: in quibus & deus existens, ita deus exiit. Demochares ait: Viuere imprudenter, intemperanter, impie, non tam male viuere est, quam diu mori. Si vis perfectus esse (vt verbis Hieronymi vtat) melius est saginare animam, quam corpus. Potus vini, carnisque saturitas, seminarium libidinis est. Idem Porphyrius, sed & Chæremon Stoicus, & Hieronymus noster, narrant, antiquos Aegypti sacerdotes, ex eo tempore quo cepissent diuino cultui deservire, & carnibus & vino semper abstinuisse, qui oua quoque & lac in cibus vitauerunt: quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. In templo Eleusinae Cereris tria tantum præcepta de Triprolemi legibus celebrantur: honorandos parentes, venerandos deos, & carnibus non vescendum. In decretis canonicis di. 35. & in veteri testamento scriptum legitur, quod sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum & sic

Dei, prohibentur vinum & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, vt sensus vigeat semper & tenuis sit. item 44 di. cum vinolentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur: neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur, vtrumque improbatur. vnde Hieronymus: Venter, inquit, & genitalia sibi metipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum. sacerdoti itaque de altari viuere, non luxuriari permittitur. Comestiones & ebrietates tanquam pestiferæ abdicantur, interdiciunturque. *Inuinius.*] Vocabulum Apuleianum, elegantissimè fictum pro abstemio, & eo qui vinum non bibit. inuinius enim dicitur quasi sine vino: vt inuius, sine via. Candidatum autem religionis inuinium, hoc est abstemium, & hydropotam, id est, aquæ potorum esse debere, sanxit vetustas, & dudum explicauimus. Apollonius Tyaneus apud Philostratum docet, se aquam semper bibisse, neglecto vino. atque potores aquæ somnum leuem capere, neque vertigines vllas pati, quibus vinolenti afficiuntur. præterea: Anima, inquit, à vino pura facilius conspicit per somnia vaticinationem, quæ apud homines diuinissima existimatur. ob hoc dixit Sidonius Apollinaris de Tyaneo Apollonio scribens: Lege, inquit, vitum à diuitibus ambitum, nec diuitias ambientem, cupidum scientiæ, continentem pecuniæ, inter epulas abstemium. Error est in codicibus impressis, in quibus legitur, inter epulas astemium, cum legi debeat, inter epulas abstemium. *Quis.*] quibus. *Diuino vadi.*] sicut vadimonium prætoris est, ad quod ex iuris formula sisti debet reus: ita vadimonium dicitur diuinum, quo sisti debet Lucius noster, post exactos 10 præscriptos abstinentiæ dies futurus in numero sacratorum. translatio est à vadimonio prætorio, de quo supra abundè dictum est. *Curuatus.*] ad occasum flexus, & in vesperam præceps. *Semotis propheta.*] sequetris omnib. irreligiosis. Iuxta illud poetici: Procul ô procul este prophani, Conclamat vates, totòque absistite luco. *Contectum amici.*] Hoc quoque tempore sacerdotes nostri dum iniciantur sacris religiosis, amiciuntur amici: hoc est, camisia siue tunica lintea. Ad ea quæ superius hoc eodem commentario copiosissimè annotauimus, de lintea veste sacerdotali, adde & hoc quod scriptum legimus in Ezechiele, cuius verba subiiciam, quæ sunt hæc: Cum ingredientur portas atrij mei interioris, vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam lanæ: quando ministrant in portis atrij interioris, intrinsecus vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & femoralia linea erunt in lumbis eorum. In Leuitico Moyses, cum ante

fores tabernaculi lauisset Aaron & filios eius, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum baltheo, & induens eum tunica hiacynthina, & desuper humerale imposuit, cidari quoque textit caput. est autem Cidaris, vt Græci scriptores tradunt, tegumentum capitis, quidam ex capillis id textum autumant: nonnulli pileum regum Persarum cidarim esse dicunt. à quibusdam tiliaria creditur: alij coronam, alij strophion sacerdotale esse contendunt. Nocgeum antiqui vocarunt vestimentum candidum. *Dicerem, si dicere li.*] Mos hic scriptorum fermè omnium quasi peculiaris est, vt arcana cerimoniarum nec velint nec audeant in vulgus edere, tanquam non liceat prophanis nosse mysteria deorum, in quibus nulla maior quàm fides sileatij debeat. Herodotus scribit, se in colloquio cum Ægyptiis sacerdotibus fuisse, multaq; ab his edidicisse ad rem diuinam pertinentia, quæ minime enuncianda esse ait. Theodorus tragædiarum poeta, cum nonnulla ex Iudaicæ scripturæ mysteriis ad fabulam quandam transferre vellet, luminibus captus est. Theopompus quoque quòd cœperat nonnulla ex lege diuina transferre in Græcam linguam, illico turbatione quadam mentis & animi percussus est, eundem magnopere deum orans, cuius rei gratia id sibi accidisset, audiuisse fertur per somnium: quia res diuinas lenocinio inquinaret, & hominibus promulgaret. Mysteria inde dicta, supra docuimus, quoniam scilicet oportet *μὲν τὸ σὺν*, id est, os occludere, neque inuulgare teletas, arcana sacrorum. Esseni, qui sunt philosophi Iudeorum, adiurant nouieios initiatos, nihil quicquid de mysteriis communicare cum prophanis, etiam si intentata quispiam morte compellat. in Apologia: Equidem, inquit nullo vnquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad prophanos annunciare. *Parem noxam.*] Par esset, inquit, culpa & eorum qui audirent, & eorum qui annunciarent. *Accessi consi. mor.*] Ex hoc colligimus, hominem qui verè consecratur, fitque sacerdos, integer, sanctus, per quandam quasi mortem exuere vitam hanc irreligiosam, rapique numinis instinctu per superna & inferna, vt ea videat & agnoscat, quæ vidit & agnouit apostolus Paulus, quæ ineffabilia sunt, nec licet homini eloqui: quæ etiam audita non intelligantur, cum sint suprâ captum intellectumque mortalium. *Proserpinæ limine.*] limen Proserpinæ ostium est mortis, & introitus inferorum. *Sine piaculo.*] sine scelere. *Prophanorum.*] eorum qui initiati non sunt.

Duodecim Stolis. Attende, hic stolas accipi pro

Mane factum est: & perfectis solenibus, processit duodecim sacratus stolis.

lis, habitu quidem religioso satis, sed
 effari de eo nullo vinculo prohibeor:
 quippe quod tunc temporis videre præ
 sentes plurimi. Namque in ipso adis sa
 cra meditullio, ante deæ simulachrū con
 stitutum tribunal ligneum iussus super
 stiti, bysina quidem, sed floridè depi
 cta veste conspicuus, & humeris depen
 debat pone tergum talorum tenuis, precio
 sa chlamyda: quæquæ tamen viseres, co
 lore vario circum notatis insignibus ani
 malibus. hinc dracones Indici, inde gry
 phes Hyperborei, quos in speciem pinna
 te alitis generat mundus alter: hanc o
 lympiacam stolam sacrati nuncupant.
 Ad manum dextram gerebam flammis
 adultam facem, & caput decorè corona
 cinxerat, palmæ candidæ foliis in modū
 radiorum prosistentibus. sic ad instar so
 lis exornato, & in vicem simulachri
 constituto, repente velis reductis in as
 pectū populus errabat. Exhinc festiuisi
 mum celebravi natalem sacrorum, &
 suaves epule, & faceta conuiuia. Dies
 etiam tertius pari ceremoniarum ritu ce
 lebratus, & ientaculum religiosum, &
 telete legitima consummatio. Paucis
 dehinc ibidem commoratus diebus, in
 explicabili voluptate simulachri diuini
 perfruebar: irremunerabili quippe be
 neficio pigneratus. Sed tamē deæ monitu
 licet non plene, tamen pro meo modulo
 supplicie gratys persolutis, tardam sa
 tis domitionem comparo, vix equidem

vestibus sacerdo
 talibus: sicut ho
 die stolas induunt
 nostri sacerdotes,
 quod & orarium
 vocant. Hinc illud
 23 di. scriptum est:
 Ecclesiastica insti
 tutione præfixum
 nouimus, ut omnis
 sacerdos cum or
 dinatur, orario, v
 troque humero
 ambiatur: nec ad
 solennia sacrificia
 accedat, nisi ora
 rio vtroque hume
 ro circumseptus,
 ita ut de vno eo
 demque orario
 ceruicem pariter
 & vtrunque hume
 rum premat. Aliàs
 stola dicitur vestis
 matronalis: vnde
 stolatus pudor,
 pro matronalis.
 Valer. Max. Te cu
 stode matronalis
 stola cēsetur. ideo
 autem videtur di
 xisse 12. stolis se sa
 cratum processis
 se, propter duode
 cim signa zodia
 ci. Namq; in my
 steriis Iudaicæ ce
 rimoniæ duode
 cim panes in men
 sa positi significa
 bant circulū duo
 decim signorum,

atque annum duo
decim mensibus
diuisum. septem

abruptis ardentissimi desiderij retinaculis.

verò lucernæ, in ipso candelabro, septem planetas indicabant. In sacris literis numerus duodenarius refert ad duodecim tribus Israeliticis. & in Apocalypsi Ioannis legimus, amictos stolis albis nuncupari puros, & candore mentis immaculatos. Lego apud auctores Græcos pulcherrimum esse somnium, ferre *σκόλον λευκόν*, id est stolam candidam: contra stolam purpuream portendere, longum morbum. ornari stola regia signat *λευκὴν ἐλπίδα*, id est spei solutionem. *Nullum vinculo.* Nullum, inquit, vinculum religionis est, nullum interdictum, quod prohibeat enunciare de ipso habitu, vestitūque religioso. *Mediudio.* In ipso medio. *Superstii.* Istei super tribunal ex iussu sacerdotis. *Byssina veste conspicuus.* Byssinam vestem lineam intelligit, à bysso, quod genus est lini tenuissimi, de quo supra diximus. Iosephus lib. 6. belli Iudæici scribit, sacerdotes ad altare, templūque accedere solitos, omni vitio carentes, veste byssina amictos, maxime verò vino abstinentes, ac sobrios, religionis metu, ne quid res diuinas faciendo peccarent. Dicimus & byssinum absolute pro vestimento lineo. in Apocalypsi: Erat vestitus byssino albo & mundo. Byssinum capitur à Plinio pro infectu precioso, & colore qui ex cocco tyriōque commixtus sit. *Sed floride depicta.* Inter vestes sacerdotales priscorum est & illud velamentum, quod hiacyntho & bysso & cocco & purpura variatum, mirabili opere textum viscibatur, quod elementorum causam designabat. Byssus enim terram declarat, eo quod linum oriatur ex terra: purpura mare, eo quod piscium sanguine coloratur. aer hiacynthi colore significatur: coccum verò erat ignis indicium. *Pone tergum.* post tergum. *Talarum tenuis.* Jusque ad talos. Denotat autem tunicam talarē sacerdotalem, cui consimilis videri potest illa quam describit Iosephus libro 3. antiquitatum: Princeps sacerdotum superinduitur tunica de hiacyntho facta, quæ & ipsa talaris est, quæ zona constringitur, coloribus predictis, floribus exornata, auro contexta, variata, ornatūque in simbriis eius est: ita ut inter duo tintinnabula malū granatū habeatur, itēmq; inter duo mala granata tintinnabulū. Talaris tunica græco nomine dicitur poderis, cuius mētio fit à Ioāne in Apocalypsi: & meminit Hieronymus, de qua sic scribit Suidas, *ποδὸς ποδὸς ἢ χιτῶν*. i. poderis tunica usque ad pedes dimissa est. *Chlamida.* Vt supra, ex priscorū consuetudine declinatur recto casu chlamyda, tanquā nomen sit primi ordinis: sicut & cassida à priscis dicta est cassis. *Circūnotatis animalibus.*

bes.] Antè dictum est , sacras Ægyptiorum literas animalibus denotari, aliarumque rerum imaginibus. *Dracones Indici.*] Denotat in veste fuisse dracones cum gryphibus intextos. Bono autem epitheto hæc distinguuntur. namque apud Indos immensa sunt dracones, cum immanibus elephantis, pari periculo in mutua perniciem bellâtes: quorum dimicatio commoritura eleganter à Plinio est dicta: simul enim concidunt & commoriuntur. gryphes verò Hyperborei cognominantur, quantum in Hyperboreis montibus nascuntur: quos haud procul ab ipso aquilonis exortu esse produnt, eruentes ex cuniculis aurum, propter quod bellum illis assidue est cum Arimaspiis, quos vno oculo in fronte media insignes tradunt. itaque gryphibus aurum custodientibus, & Arimaspiis rapientibus, atrox dimicatio. Sunt autem gryphes ex volucris genere ferarum cætera parte leones, alis & facie aquilis similes. De felicitate Hyperboreorum s. bulosis celebrata miraculis scribunt omnes, quæ gens ultra aquilonem sita felix annoso degit ævo. regio Africa est felici temperie, omni afflatu noxia carens. domus his nemora, lucique & deorum cultus. viritum, gregatimque discordia ignota, & ægritudo omnis: ibi cardines mundi esse creduntur, extremique siderum ambitus luce semestri. alij medijs fecere eos inter vtrunque solem. Antipodum occiduum, ex oriente inque nostrum. Ob hoc dixit Lucius noster, quòd gryphes generat mundus alter: quoniam Hyperborei ad antipodes spectare traduntur, in collimitio nostri mundi & alterius collocati. quod tamen fieri nullo modo posse, Plinius noster affirmat. *Hanc Olympiacam*] cœlestem & divinam, & Olympiis diis dicatam. Deos autem Olympios Iupiter appellavit illos tantum, qui sibi in gigantomachia affuerunt: ut hoc cognominis honor: bonus à malo internoceret. ipse quoque Iupiter inter cetera cognomina Olympius nuncupatur. De Olympiade, quæ est (ut Græci dicunt) *πρωτη ολυμπιακη αγων*, id est, quadriennij certamen, scribunt omnes: nihil notius. *Sacrii.*] sacerdotes. *Flammis adultam.*] ardentem larga flamma intelligit. nam & adolere significat cremare in sacris. *Exornatum.*] Lege, exornato, ut constructio congrua sit. se autem exornatum dicit ad instar solis, quia coronatus erat corona palmacea, cuius folia radios solis representabant. *In viem simulachri.*] sicut simulachra & statuarum exornatarum constituuntur in populi conspectu: ita Lucius exornatus intus, & mox tanquam simulachrum sublaris velis populo exhibetur. *Natalem sacrorum.*] Natalis sacrorum dicitur ille dies, quo quispiam consecratur, fitque sacris initiatus: quem non minus religiose celebrare debemus, quam diem natiuitatis: quoniam

ex illo vita tantum, ex hoc verò vita religiosa & sancta produ-
 citur. Natalē autē solitū antiquitus solenniter coli, quis ignorat?
 quo lautiora cōiuvia & festa fiebant. quæ M. Tul. natalicia appel-
 lat, à natali celebratione natalis diei: quo & munera missitaban-
 tur: qui initiātur sacris, dicere possunt, Hic nobis natalis erit, & il-
 lud, Hæc vitæ genitalis est origo. *Ientaculū religiosum.*] Quā multa
 (dijboni) in nostra religione cōsimilia sunt religioni Ethnicorū?
 quā multi ritus prope germani? de quibus plura aliās, quorum
 iam magna quoque pars superius explicata est: ex quibus & hic
 est. Nam quando nostri sacerdotes consecrantur (quoniam sacer-
 dotium aliquod adipiscuntur) consuevere ientaculo non tam re-
 ligioso quā guloso accipere symmistas, id est, consecratos,
 vt auspicentur introitum sacerdotalem. *T. eleæ.*] sacrificij sacer-
 dotalis, sive expiationis, purificationisque necessariæ: de qua su-
 præ dictum est abundè. *Inexplicabili.*] inenarrabili, & ob hoc ma-
 xima, quæ ob magnitudinem explicari verbis non posset. *Irremu-
 nerabili beneficio.*] Beneficium maximum, cumulatissimumque
 dicere volens, dixit decenter irremunerabile: quod scilicet tan-
 tum erat, vt nulla vnquam remuneratione repensari posset. irre-
 munerabile enim id est, quod ob magnitudinem remunerari
 non possumus, nec par pari rependere, nec vilo modo dissolue-
 re. semper obligati, semper obnoxij. *Pigneratus.*] mancipatus,
 obligatus, addictus. *Supplicuè.*] suppliciter: aduerbium priscum
 est. *Gratis.*] Lege gratis, *Domuitionem.*] Tandem (inquit) domum
 in patriam ad meos redire constitui, quamuis me retinacula
 firmissima retentarent, quæ abrumpere difficile erat: cum à dea,
 deæque cultu atque conspectu ex desiderio diuelli, abducīq; ne-
 quirent, Domuitionem dicimus, quasi itionem domū, vt supra.

Detrusis.] Lego,
 detersis. id est ab-
 stersis. *Sermonem*
interficiens.] ille ser-
 monem interfi-
 cit, intercipitque,
 qui verba prome-
 re non potest, sin-
 gultu prorsus, &
 moerore confusus,
 qui impediēti-
 bus lachrymis ver-
 ba singultantia de-
 vorat & absorbet.

*Prouolutus deniq; ante cōspectū deæ,
 & facie mea diu detrusis vestigiis eius
 lachrymis abortis, singultu crebro ser-
 monem interficiens, & verba deuorans
 aio: Tu quidem sancta, & humani gene-
 ris sospitatrix perpetua, sēper fouendis
 mortalibus munifica, dulcem matris af-
 fectionem miserorum casibus tribuis:
 nec dies nec quies vlla, ac ne momen-
 tum quidem tenue tuis transcurrit be-
 neficiis otiosum, quæ mari terræque pro*

regas homines, & depulsis vitæ procel-
lis salutarem porrigas dextrā, qua fa-
ctorum etiam inextricabiliter cōorta re-
tractas licia, & fortuna tempestates mi-
rigas, & stellarum varios meatus cōhi-
bes. Te superi colunt, obseruant inferi:
in rotas orbē, lūminas solem, regis mun-
dū, calcas tartarum. Tibi respondent si-
dera, redeunt tempora, gaudent numi-
na: seruiunt elementa: tuo nutu spirant
flumina, nutriuntur nubila, germinant
semina, crescunt germina: tuam maiesta-
tem perhorrescunt aues cœlo meantes,
fera montibus errantes, solo latentes, be-
lue ponto natantes. At ego referendis
laudibus tuis exilis ingenio, & adhi-
bendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec
mibi vocis vbertas, ad dicenda quæ de
tua maiestate sentio sufficit: nec ora mil-
le, linguaque totidem, vel indefessi ser-
monis aterna series. Ergo quod solum
potest religiosius quidem, sed pauper a-
tioquin efficere, curabo: diuinos tuos
vultus, numenque sanctissimum, intra
pectoris mei secreta conditum perpetuò
custodiens imaginabor. Ad istum modū
deprecatò summo numine, complexus
Mithram sacerdotem, & meum iam
parentem, colloque eius multis osculis
inherens, veniam postulabam, quòd
deum condignè tantis beneficijs remu-
nerari nequirem.

sanctorum orationibus. Specta dictiones, pende mysteria: videbis nihil quicquam absolutius posse ex-

Tu quidem san-
cta.] est videre in
Lucio nostro ora-
tiones diuinas tā
sanctè, tam graui-
ter, tam sententia-
liter cōpositas ab-
solui, vt nihil reli-
giosius dici quic-
quam possit: vt A-
puleianæ preca-
tiones possint cō-
modissimè aptari
ad diuam Christia-
norū: vt quicquid
hoc in loco dici-
tur de Luna siue
Iside, idem reli-
giose & conducen-
ter debeat. Virgi-
ne dici possit. In-
numeri sunt hym-
ni, precatōnes, o-
rationes composi-
tæ à doctissimis
ad diuam Virgi-
nem: sed nihil est
(quod bona cum
venia illorum di-
ctum sit) cum hac
Apuleiana preca-
tione comparan-
dum, hæc doctri-
næ & elegantiae
omnis est refertis-
sima: hac rogata
deā nostra non mi-
nus placaretur, sic
rētque propicia,
quàm omnibus
pensita sensus, per-

cogitari, dignamque esse precem qua sacris nostris inferatur, & ad exorandam Christianæ sectæ sospitricem quotidie peculiariter adhibeatur, sed iam verba ipsa sancta & pura dispiciamus. *Matris affectionem.*] Quid maius in laudem deæ nostræ dicitur, quàm quòd materno affectu & indulgentia nos foueat quòd benigna, mitis, indulgens, perinde ac piissima mater casibus nostris opituletur, nec benefacere villo vnquam tempore cunctetur: cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis, quæ Christianorum mater ac sospitrix passim appellatur. *Fatorum retractas licia* } Dicit numen deæ posse fatalia decreta rescindere, vel saltem remorari ita vt filia Parcarum, quas inexorabiles aiunt, retractet, prorogetque, sicut Ezechiae facta in an. 15. sunt protelata prolongatæque nomine autem fatorum, quæ tria sunt, tres quoque Parcæ significantur, quas Plato & Plotinus filias *av&stus*, id est necessitatis esse dixerunt: quarum Lachesis præterita, Clotho præsentia, Atropos futura procuret: quæ sententias Iouis orthographiæ studio veritatis excipiunt, utpote librariæ superum, archiuque custodes. Vel intellige, quòd numen Isis potest in melius referre, retorqueretque filia Parcarum, vt videlicet si Parcæ dira mortalibus moliantur, ea in felicitatem numinis potentia conuertantur. *Luminas solem.*] Evidenter ostenditur deam hanc esse, intelligique parentem rerum naturam, ac opificem deum summum, cuius nutu cuncta fiunt: qui principia, fines, & media rerum omnium penetrat: qui illustrat solem, rotat mundum, quem patrem & architectum huius orbis pronunciant: alioqui lunæ non conuenit, vt solem illuminare dicatur, cum ipsa à sole lumen mutuetur: nec Luna rotat orbem, sed ipsa in orbe starutis motibus rotatur, denique lunæ maiestati ista non conueniunt, quæ hic explicantur, nisi mystico intellectu perpendantur. Itaque hæc omnia ad ultramundanum deum referenda sunt, qui genitor rerum omnium est beatificus, optimus, maximus, indicibilis, innominabilis: qui siue masculino genere siue *femino* dicatur, nihil refert: cum in rebus diuinis non sexus, sed potestatis maiestas quaerenda sit. *Tibi respondent sidera.* } id est, motus siderales tibi consentiunt, atque obsequuntur. respondere enim est congruere & consentire: vnde & responsus pro conuenientia dicitur, & congruentia ac consensu. Viétruius: Symmetrica est ex ipsius operis membris rotæ partis responsus. *Flumina.*] Speciosior lectio est, flumina: vt dicat, flumina, hoc est ventos deæ nutu spirare. Non ignoro, & ex fluminibus auras spirantes sentiri. vnde Homerus & Plinius, auras antelucanas è flumine semper insalubres esse tradiderunt. De Nilo auctores

sanotauerunt, quòd contra fluminum naturam nullas spiror auras: quasi anauros, id est, sine aura sit.

Germinant semina. } Quædam arbores terrena germina edunt, ut robur & abies & larix, serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter: ut morus, quæ nouissima vrbanaum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum.

Aues cælo meantes. } Tres exornationes iunctim locatæ: Iso-colon, id est, compar: homœoteuton, similiter desinens: homœoptoton, similiter cadens: quibus si commodè collocata fuerint, rarenterque interspargantur, tanquam luminibus distinctis illustrabimus orationem. *Beluæ ponto natantes.* } in ponto, hoc est mari, beluæ sunt omnis generis, monstrificæ & enormes: &, ut tradit Plinius, vulgi opinio est, quicquid nascatur in parte naturæ vlla, & in mari esse: præterque multa quæ nusquam aliubi. à beluarum & multitudine & magnitudine beluosus oceanus Horatio Flacco eleganter dictus. Inter cæteras maris beluas sunt balenæ, pistris, phyleter, rotæ, orcæ,

Nec ora mille. } scilicet sufficiunt. sumptum ex poetica illa locutione: Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox, ab Homero parcius dictum, *δέκα γλώσσαι, δέκα στόματα*, Decem linguæ, decem ora. *Quod solum potest pauper.* } non hecaton bis, non auro, non argento pauper deum colere potest: sed pura mente, & corde casto, & cogitatione indiuidua: quod sacrificij genus & culturæ præstaturum se Lucius noster spondet. Etenim homines tenues vnum habent colendi deï locum, mentem scilicet & imaginationem, ut sincero animo Deum adorent, Deum imaginentur: qui verus est Dei cultus, legitimusque sacrificium. *Pectoris secreta.* } Consimile est illud Persianum: Compositum ius fasque animi, sanctosque recessus Mentis, & incoctum generoso pectus honesto. *Meum iam parentem.* } Meritò sacerdotem, à quo consecratus fuerat, parentem vocat, quasi auctorem secundæ natiuitatis. ut iterum quasi renatus fuisse videatur, quando sacris initiatus est, præterea patrem religionis causa & ætatis, sacerdotem appellare solemus. quinetiani præceptores hoc nomine dignamur, cum mentium parentes sint, sicuti patres corporum. *Quod deum.* } Legendum puto, eum: ut ad sacerdotem referatur, cuius beneficiis remunerationem condignam negat se posse rependere.

Dix denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus, tandem di- *Gratiarum gerendarum.* } Acyrus loquutus vi-

detur, cum consuetudo quotidiani sermonis sit, ut gratias agendas esse potius quam gerendas vsurpet.

Patrium larem.] domicilium paternum. Contendo, pergo & progredior. *Constrictis sarcinulis.* } alligatis. Moris est viantium, sarcinulas alligare. Plin. in epistolis: Atque adeo sarcinulas alligamus, festinaturi quantum itineris ratio permiserit. *Hausi portum.* } in portum feliciter perueni. *Carpento.*] plastro. nam carpentum genus esse currus, siue vehiculi, sat notum: & aliubi annotatum. cuius fiber dicitur carpentarius. *Peruolau.* }

Ad significandam celeritatem hoc verbo vsus est. sicut & M. Tull. in oratione pro Roscio Amerino inquit: Decem horis nocturnis, sex & 50. millia passuum cibus peruolauit. Cibus (ut Ciceronianum verbum intelligas) sunt vehicula, super qua re in lib. Annotationum copiose diligentemque perscripsimus. *Dies iduum.*] Significat se pridie idus decembris vrbem Romam, quam sacrosanctam ciuitatem appellat, accessisse. est autem dies mensis xij. Sacrosancta autem ciuitas merito Roma nominatur, cum ob religionem, cuius cultores sincerissimi Romani semper extiterent: tum ob deos, quos dedit mortalibus. Præterea (ut inquit Plinius) numine deum electa est Roma, quæ cælum ipsum clarius faceret, Ecclesiastica

gredior, & recta via patrium larem reuisurus meum, post aliquantulum temporis contendo: paucisque post diebus dei potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis, naue conscensa, Romam versus profectioem dirigo. tutisque prosperitate ventorum ferentium, hausi portum celerissime. Ac dehinc carpento peruolauit: vesperaque, quæ dies insequatur iduum Decembrium, sacrosanctam istam ciuitatem accedo. nec ullum tam præcipuum mihi exinde studium fuit, quam quotidie supplicare summo numini regine Idis: quæ de templi situ sumpto nomine Campensis, summa cum veneratione propitiatur. Eram denique cultor assiduus, phani quidem advena, religionis autem indigena. Ecce transcurso signifero circulo sol magnus annum compleuerat, & quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura peruigilis: & rursus telecta, rursus sacrorum commonet. Mira bar quid rei tentaret, quid pronunciarer futurum. quidni? plenissime iam dudum videbar initiatus.

doctrina sancta ciuitatem nuncupat Hierosolymam. *Cōpensis.* }
 Minutulus error syllabæ vnus, literæ ve, interdum magis obtur-
 bat ac remoratur commentatoris intentionem, quàm dictiones
 totæ inuersæ atque præpositæ. qualis est hic locus, qui (vt ve-
 rum fatear) diu me torfit, vexauitque: cum emendatio congruens
 non suppeteret, & dictio barbara illiterataque cognosceretur:
 tandem re etiam atque etiam agitata, inspecta, perpensa, videor
 (vt mihi blandiar plausibiliter) aperuisse verbum prorsus Apu-
 leianum, vt scilicet legas *Campensis*, intellectu historico, & ver-
 bo. nam in campo Martio Romæ erat templum Isidis, vnde à
 loco sumpsit nomen vt *campensis* diceretur, quod autem in cam-
 po Martio templum Isidis fuerit constitutum, præter alios ostē-
 dit poeta Satyricus, cum ait: *A Meroe portabit aquas, vt spargat*
in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili. namque hoc
 versu euidenter videtur, ædem Isidis fuisse proximam ouili. oni-
 le autem fuisse in campo Martio, tradunt omnes, & imprimis
 Strabo scribit lib. 5. dictatorem Syllam Marianos ad quatuor fe-
 re milia, quia arma proiecerant, in campo Martio ad ouilia coa-
 ctos, immisissis militibus triduo iugulasse. Liuius quoque ouile
 indicat fuisse in campo Martio, volumine ab origine vrbs 25.
 Quinetiam Seruius grammaticus, septa & ouilia in campo Mar-
 tio inclusa tabularis tradit, quamuis parum explicatè: vt in notis
 Seruianis coarguimus. Lego apud Iosephum lib. 18. Antiquita-
 tum, templum Isidis funditus euersum esse Romæ, iubente Tibe-
 rio, statuam Isidis in Tyberim fluvium proiectam, sacerdotes I-
 siacos in cruce sublatos, ob scelus quo matronam adultero tan-
 quam deo Anubidi prostituerant. *Phari aduena.*] templi. se Isi-
 dis aduenam dicit, quia alienigena erat, nec Romæ prius fuerat.
 indigenam verò religionis: quia cerimonias Isiacas optimè cal-
 lebat, easque edidicerat sacris initiatus. Hoc genere eloquendi e-
 leganter vti possent sacerdotes nostri, qui ex prouinciis huc ve-
 nientes ad conciliabulum sacerdotale, sunt quidē aduenæ ipsius
 templi ad quod veniunt, sed religionis indigenæ, quã in proprio
 solo & aliubi didicerunt, colueruntque. *Sinifero.*] zodiaco, in-
 terdum enim notius est vulgari iusque vocabulum Græcū, quàm
 latinum. *Sol magnus.*] Potest legi *magnum*, iuxta illud Maronia-
 num: *Interea magnum sol circumuertitur annum.* Annus enim
 solis *magnum* dicitur, cōparatione lunaris anni, qui est mēstruus:
 De magno anno, & maximo, doctissimè inter cæteros auctores
 scribit Censorinus libro de Die natali. *Interpellat.*] interrup-
 pit. Interpellare enim est, hominem aliquid dicentem aut fa-
 cientem inerrumpere & impedire: auctor Aconius. *Interpella-*
tores dicti, qui molesti sunt. M. Tull. In studiis (inquit) sine in-

terpellator, verfor. signat se à numine deæ admonitum esse in so-
mnis, vt secundam teletam expiationemque sacrorum vsurpa-
ret. *Peruigilis.*] Veteres recto casu docebant peruigil. sic mugilis
dicitur, & mugil. *Teleta.* } expiationis sacrificialis.

Religiosum scrupulum.] Scrupulus religiosus, qui an-
xium fecerat Lu-
cium, erat ex eo,
quod cum sacris
Istis plenissime
initiatus foret, nō
intelligebat quid
sibi vellent com-
monitiones no-
cturnæ, quibus à
dea iubebatur, vt
rursus teleta ex-
piaretur, rursus sa-
cris cōsecraretur.
quod, vt mox do-
cet, erat referen-
dum ad alteram
magni Osiridis re-
ligionem: qua
quamuis connexa
sit cum Iliaca ce-
rimonia, tamen te-
letæ dissimilitudi-
ne discriminatur.
Sacratorum anti-
stitum, & iuris
pontificij omnis
que religionis pe-
ritissimorum.

Ad] Lege at: vt
sit particula aduer-
satiua, quæ tamen
ab antiquis per d
scribitur. *Domini-
que.* Legi potest
deumque, pro deo

*Ac dum religiosum scrupulum par-
tim apud sensum meum disputo, partim
sacratorum consiliis examino, nouum
mirumque planè comperior, de e quidē
me tantum sacris imbutum, ad magni
dei dominique summi parentis inuicti
Osiris necdum sacris illustratū. quan-
quam enim connexa (imò verò unica)
ratio numinis religionisq; esset, tamen
teleta discrimen interesse maximum.
Prohinc me quoque peti magno etiam
deo famulum, sentire debere. nec diu
res in ambiguo stetit. Nam proxima no-
cte vidi quendam de sacratis linteis in-
tectum, qui thyrsos & heredas, & tacen-
da quedam gerens ad ipsos meos lares
collocaret. & occupato sedili meo reli-
gionis ample denunciaret epulas. is vt
agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui
signo subministraret, sinistri pedis talo
paululū reflexo, cunctabūdo clementer
incedebat vestigio Sublata est ergo post
tam manifestam domini voluntatē am-
biguitatis tota caligo: & illico dea matu-
tinis perfectis salutationibus summo stu-
dio per cunctabar singulos, ecqui vesti-
gium similis vt somnium? nec fides ab-
fuit. Nam de pastophoris unum conspe-
xi statim præter indicium pedis, cetero
etiam statu atque habitu ex amussim no-
cturnæ imagini congruentem, quem A-*

sinium Marcellum vocitari cognoui, po-
stea reformationis mea alienum nomē.
Nec moratus, conueni protinus eum,
sanē nec ipsum futuri sermonis ignarū:
quippe iam dudum consimili praecepto
sacrorum ministrandorum commonesca-
tum. Nam sibi visus est quiete proxi-
ma, dum magno deo coronas exaptat, et
de eius ore quo singulorū facta dicitur,
audisset, mitti sibi Madaurensē, sed
admodum pauperem, cui statim sua sa-
era deberet ministrare. Nam & illi
studiorum gloriae, & ipsi grande com-
pendium sua comparari providentia.

rum. *Artio.*] Corri-
ge, ratio, mēda est
ex transmutatione
literarum, quales
errores subinde
scaturiunt in codi-
cibus impressis.

Numinis Religionis
que.] Aegyptii
peraeque vniuer-
solunt Isidem &
Osirim, quorum
mysteria sunt co-
gnata atque ger-
mana: nec imme-
rito, cum Isis Os-
ridis & soror &
toniunx fuisse di-

catur: quae viro mortuo iuravit nulli se deinceps nupturā, prout
Herodotus, Diodor. Eusebius, cæteri que prodiderunt. & vt an-
tē dictum est, Osirim solem, Isidum lunam esse arbitrabantur, v-
trunque multinominem & omnipotentem. *Prohinc.*] proinde,
ideoque. *Magno deo famulum.*] qui sacris Isidis desponsus est, idē
quoque Osiridi (quem magnū deum vocat) famulari debet,
& consecrari, vt numina coniunctissima adæque colat, sitque v-
triusque nominis sacerdos. *De sacratis.*] Hic distinguendum
est, ne iunctim legas desacratis linteis. est enim sensus & ordo:
Vide quendam de sacratis (hoc est sacerdotibus) in lectum lin-
teis, id est, veste linteā & sacerdotali amictum. *Vidi*] scilicet, se-
cundum quietem & in somniis. *Thyrsos gerens.*] Sacerdotes O-
siridis Thyrsos & hederas gestare merito dicuntur, cum Osiris
idem sit & Dionysius, siue Bacchus, quem vitis & hederæ inuen-
torem perhibent: vnde & viti sator dictus est. Hedera Dionysia
siue Bacchica vocatur, quam lingua Aegyptia Osiridis plātam
nominant, quæ in sacris viti præfertur, ex eo quod vitis folia a-
mittat, illa verò perennem seruet viriditatem. Thyrsum autem
dici hastam pampinis inuolutam, & hederis circumfusam, tra-
dunt: à qua cultores Bacchi thyrsigeri dicti. Thyrsos (vt eruditi
autumant) Liber pater ferit non sentientes, quoniam vinū laten-
ter ferit cerebrum potoris. Thyrsum pro stimulo & incentiuo
posuit Lucretius. *Religionis ampla.*] religionem Isidis dicit.
Cuncta abundo.] lento & tardigrado. *Incedebat. incedere vide-*

batur. narrat enim nocturnam visionem, perfectis salutationibus, mysteriis diuinis celebratis. Quid sit salutare deum, antè dictum est. *Et qui.* } Melius legitur *Ecqui*, id est, num quispiam foret vestigium similis, hoc est, habens vestigia similia illi sacerdoti, quem in somniis videram, qualemque mihi quiescenti somnium demonstraerat. Est autem vestigium similis, archaismos verusque figura, pro habens similia vestigia: sic & Virg. Omnia Mercurio similis vultumque coloremque. *Fide abfuit.* } Lego, nec fides abfuit. Potest & legi, nec is defuit: utroque intellectu lectioneque planissima. *Pastophoris.* } Pastophoros sacerdotes sacrosanctos esse, & pastophoria sacerdotum domicilia dici, supra explicauimus. *Præter indicium pedis.* } claudicationem intelligit, quæ ex sinistri pedis talo inflexo faciebat tardigradum sacerdotem. tales propriè dicuntur Scauri. *Cæteros.* } Legendum est cæteris, vel cætero: ut sit sensus, conspexi vnum sacerdotem præter illud indicium pedis tortuosi, congruentem etiam in cæteris rebus & statura & habitu nocturnæ visioni.

Statu. } statura. *Examussim.* } perfectè, diligenter, absolutè. *Plaut.* Examussim est optima dicitur & ad amussim. *Asinum Marcellum.* } Lego, Asinium: siquidem Romanum nomen est Asinius, ut apud Catul. Marrucine Asini manu sinistra. Non bellè vteris. Celebrati sunt inter oratores Asinius Pollio, & Asinius Gallus. In patria mea gens Asiniorum fuit, olim florentissima, opulentissimaque: à qua turris in minusculo foro constructa conuulsur, quam à conditoribus in hodiernum vsque cognominant turrim Asiniorum, quæ altitudine structuræque æquilibrio est Bononiæ spectatissima. *Alienum nomen.* } Legendum putamus, Non alienum nomen. dicit enim, Asinium Marcellum habuisse nomen non alienum à sua reformatione, qua in asinum fuerat demutatus. namque inter asinum & Asinium cognatio est & proximitas. igitur congruenter illi qui asinus fuerat, per Asinium sacraministrantur. *Commonefactum.* } sicut Isis sacerdoti suo per quietem præcepit, quæ erga Apuleium essent facienda: sic & Osiris sacerdotem suum pariter secundum quietem commonefecit, ut sacra sua Madaurenfi Apuleio ministraret. *Magno deo.* } Osiridi. *Facta dicitur.* } Elegantior lectio est Fata, ut intelligamus, fatalia mortalium decreta constitui decernique ab Osiride: tantquam causa primordialis sit, à qua cæteræ causæ dependeant. *Madaurensem.* } Lucium Apul. qui Madaurenfis fuit, ex Madaura Africæ ciuitate: ut docuimus in principio commentariorum, hinc Platonicus Madaurenfis dicitur à Sidonio. *Illi.* } Apuleio. *Ipsi.* } Asinio Marcello. *Magno compendio.* } lucro compendiosum dicimus

diciamus lucrosū, sicut e contrariō dispendium dānum, & dispendiosū dānosū. Columella: Dispendiosa cunctatio est,

Ad istum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate circa votum meum retardabar. Nam viriculas patrimonij, peregrinationis attriuerant impēsa, et erogationes urbica pristinis illis provincialibus antistabant. Plurimum ergo duricia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbiū, inter sacrum & saxum positus cruciabar: nec secius tamen idētidem numinis premebar instantia. Iamque sepicule non sine magna turbatione stimulatus, postremō iussus, veste ipsa mea quamuis paruula distracta, sufficientem corrafi summulam, & id ipsum præceptum fuerat specialiter. An tu, inquit, si quam rem voluptati struenda molireris, laciniis tuis nequaquam parceres? Nunc tantas ceremonias aditurus, impænitende te pauperiei contaris comitem? Ergo igitur cunctis affatim preparatis, rursus decem diebus inanis contentus cibus, in super etiam de Serapis, principalis dei, nocturnis orgijs illustratus, plenam fiduciam germanæ religionis, obsequium diuinum frequētabam. Quæ res summum peregrinationi meæ tribuebat solatium: nec minus etiam victum uberiorē subministrabat, quid ni? spiritu fauentis enētus quæsticulo forensi nutritio per patrocinia sermonis Romani. Et ecce post pauculum tēpus iri opinatis, & vsq; quaq; mirificis imperijs domi-

Desponsus sacris.] Desponsa dicitur, quæ promissa vxor est: desponsus, qui vxorem spondit se ducturum. qui sponderat filiam, desponsisse dicebatur: hinc & desponsus dicitur, qui promissus est sacris, & obligatus: & desponsor, qui promissit: à despōdendo nata omnia. Spondere verò & despondere, à sponte inclinatur, id est voluntate. Illud obiter annotatu dignū, quod despondisse animum is dicitur, qui suæ spontis statuit finem, & de vita desperauit: qua elocutione vñtati sunt M. Varro, Plautus, Liuius, Seneca, totaque illa cohors scriptorum classicorū. Eleganter quoque dixit Columella, despondēdis sapientiam, pro desperaueris ad sapientiam te peruenire

posse. *Circa vos.* }
 Corrige, contra
 votum. *Viriculas*
patrimonij.] Legē-
 dum est, viriculas,
 hoc est pusillas vi-
 res, à viribus *vir-*
ginitatis inflexo
 vocabulo. Dicim⁹
 autem eleganter
 viriculas patri-
 monij, pusillum patri-
 monium siue fa-
 cultatulam, & re-
 culas. in Apologia
 scribit patri-
 monium à se immi-
 nutum modicè es-
 se, partim peregrini-
 nationibus, par-
 tim liberalitati-
 bus, dum amicis
 opitulatur, & ma-
 gistris gratiam re-
 fert, quorum filias
 etiam dote auxit.

Erogationes vr-
bicæ. } Sensus est:
 erogationes pecu-
 niarum, quas in
 vrbe Roma face-
 re cogebat, vt sa-
 cris Osiridis con-
 secraret, longè ma-
 iores erant, quàm
 fuissent illæ prio-
 res prouinciales,
 in Achaia scilicet
 prouincia factæ,
 ad peragendam Isiacæ ceremoniæ consecrationem. Ab vrbe de-
 riuatur vrbicus, & vrbanus: vt ab oppido, oppidic⁹ & oppidanus.
 præterea vrbanicianū vsurpari leges, & vrbicariū, ab eadē origine
 formatū

ni rursus interpellor & cogor tertiā quo-
 que teletam suscitare. nec leui cura sol-
 licitus, sed oppidò suspensus animi, me-
 cum ipse cogitationes exercitus, cogitabā
 quorsus noua hac & inaudita se coele-
 stium prorigeret intentio: quod subsiciuū
 quamuis iteratè iam traditioni reman-
 sisset, nimirum perperam, vel minus ple-
 nè consuluerunt in me sacerdos utriq^{ue},
 & Hercules iam de fide quoque eorum
 opinari cœptabam sequius. Quò me
 cogitationis aestu fluctuantem, ad instar
 insania percitum, sic instruxit nocturna
 diuinatione clemens imago. Nihil est,
 inquit, quòd numerosa serie religionis,
 quasi quicquam sit prius ommissum, ter-
 reare. quin assidua ista numinum di-
 gnatione letum capesse gaudium, & po-
 tius exultare, futurus quod alij vel se-
 mel vix conceditur: ièque isto numero
 meruò presume semper beatum. Cæ-
 terum futura tibi sacrorum traditio per
 necessaria est, si tecum nunc saltem re-
 putaueris, exuias deæ, quas in prouin-
 cia sumpsisti, in eodem phano depositas
 perseuerare: nec te Romæ diebus solen-
 nibus vel supplicare his, vel cum præ-
 ceptum fuerit, fœlici illo amictu illustra-
 ri posse. Quod fœlix itaque ac faustum
 salutarèque tibi sit, animo gaudiali
 rursus sacris initiare, dijs magnis au-
 eloribus.

formato vocabulo. *Antistabant.* } præcellebant, exuperabantque
 Dicimus antistat cæteros & cæteris, sic præstat doctos & doctis,
 pro exuperat & antecellit. *Duricia paupertatis.* } Versus apud Græ-
 cos vice prouerbij celebratus est, ὁ δὲν πτωχὸς βαρύτερον ἔστι φορτίον: id
 est, nullum onus paupertate durius, grauiusque est. Ab eisdem
 Græcis id quoque canitur, πτωχὸν φέρειν ἢ γήρας ἔστι δύσκολον, id est,
 paupertatem ferre & senectutem difficile est & durum. *Inter sa-
 crum & saxum positus.* } Prouerbiū hoc difficultatis est, & peri-
 culi: cui confimile est illud vulgi sermone proritum, inter cal-
 ces & parietem. hoc autem maxime Plautinum est ex Captiuis:
 Nunc ego inter sacrum saxūque sto, nec quid faciam scio. sum
 ptum autem videtur à fœdere faciendo, cuius hæc erat formula.
 Fœcialis sacerdos sumpto in manu saxo, porcūque adhibito,
 post recitatas ex tabula leges: Audi (inquit) Iupiter, si illis legibus
 Pop. Romanus, prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu
 illo die Pop. Romanum sic ferito, vt ego hunc porcū hodie fe-
 riam: tantūque magis ferito, quanto magis potes, pollēsque. Vbi
 id dixerat, porcū saxo silice percutiebat. ex hac solennitate fœ-
 dus grammatici dictum esse interpretantur, à porca fœdē & cru-
 deliter occisa. Igitur cum porcū ille inter sacrum fœderis, &
 saxum fœcialis sacerdotis staret periculo proximus, fœdāque
 mortem iam iam subiturus, vbi nullum erat effugium: inde fa-
 ctum est prouerbiū de hominibus in periculo & difficultate po-
 sitis, vt dicatur, Inter sacrum & saxū positus est. Haud lōgē dis-
 similis sententia est παροιμία illa Græcorum ἴδ' ὅταν ἔχω τὸν λυγρὸν.
 Latine dicitur, aurib. lupum teneo cuius Terent. Suetonius, Hie-
 ronymus meminerunt. Quoniam incidimus in mentionem la-
 pidis sacrificialis, nō ab re fuerit hoc potissimum loco annotatiū-
 culam conficere, enarrareque quid sit Iouem lapidem iurare. nā
 & apud M. Tul. quæri solet, quid significet in epistolis ad Treba-
 tium: Quomodo tibi placebit Iouem lapidem iurare. & apud
 Gellium: Iouem lapideum, inquit, quod sanctissimum iusuran-
 dum est habitum, paratus sum ego iurare. Hoc anxie quærēs, le-
 gi iam pridē, quod ad hanc rē facit apud Festū Pompeiū, scripto
 rē promiscuū, sic tradi: Lapidē silicem tenebant iuraturi per Io-
 uem, hæc verba dicētes: Si sciēs fallo, ita me Diespiter salua vrbe
 arcēq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Verū cum hoc grā-
 matici interpretamentum non plenum esse mihi videretur, neq;
 desiderio faceret satis, in euoluēdis voluminib. incidi in Polybiū
 Megalopolitanum, qui fusius vberiusque explicat, quid sit Iouē
 lapidem iurare, cuius verba, vt res planius noscatur, apposui ex
 lib. j. historiarū, quæ sunt hæc: In primo fœdere iusurandū factū

accipiunt, primum Carthaginenses deos patrios iurati sunt: deinde Romani per lapidem, secundum vetustissimum ritum, Martis Quirinique numinibus additis, iusiurandum præstiterunt: ritus verò lapidis fuit huiusmodi. Fœcialis sumpto in manus lapide, postquã de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dixit: Si tibi ac sine dolo malo hoc fœdus atque hoc iusiurandum facio, dii mihi cuncta fœlicita præstent. sin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus, saluis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis iuribus, in propriis templis, in propriis sepulchris, solus ego peream, ut hic lapis è manibus meis decidet. nec plura locutus, manu lapidem deiecit. Hactenus Polybius. *Sepidè.*] Minutulus error, pro sæpiculè: aduerbium est, Lucio nostro frequens, id est sæpe. *Veste distracta.*] vestibus, diuenditis: Vendidi (inquit) vestimenta mea, ut ita confecta pecunia possem erogationes peragere ad consecrationem religionis Isidis pertinentes. *Corras summulam.*] collegi confectique summam pecuniæ mediocrem. sic supra: Viaticulum corras. Inde corrasas pecunias, pro collectas & congregatas dixere iurisperiti tit. de bonis damnatorum, hisce verbis: Plerumque inde corrasas pecunias præfides ad fiscum transmiserunt. *Laciniis nequaquam parceres.*] Proba argumentatio à maiori: si causa voluptatis implendæ homo non parcat impensæ, & vendit vestem: quanto id magis æquum fieri causa ceremoniæ aduendæ, cum diuina terrenis, cum æterna caducis, cum bona animi bonis corporis longè sint anteponenda. *Impenitenda pauperiei.*] Impenitenda est pauperies, quam facimus causa religionis. propter quam multi aurum argentumque abiecerunt, bona terrena conculcantes, ut animo beatissimi forent. Multi nunc sacerdotes (de bonis loquor) cum nihil habeant, omnia tamen possident: iuxta Apostolicam sententiam, quorum Deus dispensator est largissimus. Talis ergo pauperies non solum est fugienda, sed vltro appetenda, ut Deo ditissimi simus, quibus diuitiis nullæ veriores existunt. Pauperies autem accipitur & pro inopiâ, & pro damno. Contrà complusculos inuenias, qui exemplum Ananiæ & Saphiræ imitentur, qui Deo mentientes, agro diuendito partem præcij ante pedes Apostolorum posuerunt, partem sibi reseruantes. Multi autem suffarcinati Deum sequuntur, & foris pannosi ac senti, domi aureos ventilant: non tam soteria, hoc est, seruatorem nostrum, quàm argentinum deum & sculanumque percolentes. *Comitem.*] Legitur & committere. *Affatim.*] abundè, largè, copiose. *Inanis contentus cibis.*] Lego inanimis, hoc est inanimatis. Dicit enim se in hac quoque ceremoniâ auspicianda abstinuisse ab esu animalium per decem dies, sicut

ti & Ifiacis quoque mysteriis factitauerat. Trimegistus: Hoc op-
 tantes conuertimus nos ad puram & sine animalibus cœnam.
 Denarias ceremonias prisca dixerunt (vt iam docuimus) quibus sa-
 cra adituro decem continuis diebus, certis quibusdam rebus &
 cibis erat temperandum. *De Serapis orgiis.*] de Serapi supra co-
 piosissimè annotauimus, quem eundem & Osirim esse tradunt
 omnes, & hic noster euidenter ostendit. Diodorus in primo Bi-
 bliothecæ: Osiris tum Serapis dicitur, tum Dionysius, tum Plu-
 to, tum Almon, tum Iupiter. Martianus quoque in hymno sic in-
 quit: Et Serapim Memphis, Nilus veneratur Osirim. illud adde,
 quod Appion cognominatus Plistonices, scriptum reliquit, fuisse
 in labyrintho Ægypti colosseum Serapim, ex smaragdo no-
 uem cubitorum. *Germanæ religionis.*] vel quod religio Osiri-
 dis & Serapis germana, imò eadem est, cum idem sit numen: vel
 potius, quod ceremoniæ Isis & Osiridis (vt antè dictum est)
 sunt inter se cognatæ atque germanæ: ob quam cognationem
 fidentior obsequium diuinum capessebat. *Quid ni.*] cur non
 interpositio comica, vt supra. *Fauentis euentus.*] Superius quoque
 annotatum est, euentum fuisse deum priscorum, maximè agri-
 colarum: quem M. Vatro inuocat in primo de re Rustica: quo-
 niam sine successu ac bono euentu frustratio est, non cultura. Pra-
 xiteles (Plin. teste) fecit euentus simulachrum, quod fuit Romæ in
 Capitolio. *Nurto.* } scilicet mihi: & subaudi verbum Submini-
 strabat. *Quæsticulo forensi.* } Quæsticulus forensis dicitur, paruum
 lucrum, partum ex actione causarum forensium: quarum se actor
 & patronum fuisse significat, dicitur quæsticulus, pusillus
 quæstus: vt lucellum, minutum lucrum. M. Tul. in 2. de Diuina-
 tione: Conuenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo, aut
 meus quæstuculus cum cœlo, terra, rerumque natura. *Sermonis
 Romani.*] Latini: idem enim est sermo Romanus & Latinus: at
 (vt inquit Diomedes) Latinis est incorrupta loquendi obserua-
 tio secundum Romanam linguam. Patrij sermonis egestas, dixit
 Lucretius: pro Romani, hoc est Latini. Aliubi fusius latiusque ex-
 plicauimus, vernaculum sermonem Romanorum fuisse Latinum.
Imperii domini. } iussu Osiridis. Vel lege Deum, pro deorum: cu-
 iuscemodi error frequenter obrepit. *Tertiam teletam.* } expiatio-
 nem, purificationemque: vt terræ quoque religionis sacris ini-
 tiarum, vt ter sacratus, ter religioni desponsus fierem beatissimus,
 cum numerus ternarius plene perfectus sit, & masculus numerus
 dictus. *Oppidò suspensus.* } valde sollicitus. *Animi.* } pro animo: ar-
 chaismos, vt supra. sic Horat. Integer est animi. sic & M. T. pen-
 deo animi. *Exercitus.*] exercitatus, & iugi cogitatione mecum ipse

recogitans. Aliàs exercitus dicitur contemptus, vt docet Placianus ex auctoritate Plauti, scribentis: Nos nostramque familiam habes exercitam. *Quid subsicium.*] quid reliquum. Super hoc verbo suo loco satis ac super. *Iterata.*] repetita: & hoc dicit propter sacra primò Isidis, mox Osiridis, quib. vtrisque fuerat dedicatus. Horat. Cras ingens iterabimus æquor. *Sacerdos vtrique.*] alter Isidis Mithra, alter Osiridis Asinius Marcel. *Sequius.* } in deteriore partem. *Percitum.*] percussum, commotumque: ea fermè commotione, qua insani solent. *Nihil est, inquit.* } Verba imaginis diuinæ & propitiæ ad Lucium: quib. admonetur, vt alacri animo & fidenti & gaudibundo tertiam sacrorum traditionem suscipiat, initiaturque tertiis sacris, auctoribus diis: quod illi fœlix ac salutare futurum sit. erant autem hæc tertia sacra Isidis, scilicet Romanæ, vt scilicet ita Romæ Isidis sacris dedicaretur, sicut in prouincia Achaia fuerat dedicatus. nam cum in prouincia reliquisset amictum illum Isiacum sacerdotalem, erat opus vt alterum Romæ quoque repararet, & ita secunda Isiacæ cerimonia imbueretur, quoniam sine illa sacrificali veste dieb. solennibus supplicare non poterat. *Numinum dignatione.* } Quod dii dignentur te tam frequenter inuisere, quòd te peculiariter dignum iudicent suorum sacrorum initiationibus. *De isto numero.*] scilicet ternario, qui princeps est imparium, qui perfectus gignit senarium. nouenariumque: cuius auspicio preces tertio, ac libamina repetuntur. vt Pythagorici autumant, ternario numero omnia continentur. Græci triada vocant, cuius vim multiplicem explicat Ausonius in Grypho ternario. Libet obiter enodare nodum ex grypho Ausonij de trigono, sic scribentis: Per trinas species trigonorum linea currit Æquilatus, vel crure pari, vel nominis impar. quibus planè versibus significatur, quòd tripleuros tres habet formas dissimili positione figuratas. Nā trigonos omnis aut est isopleuros, aut isosceles, aut scalenos. Isopleuros est, tribus paribus lineis lateribusque concurrentibus, latinè æquilaterum dicitur: æquilatus, dixit Ausonius. Isosceles est, quòd ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quasi cruribus insistit. nostri æquicrurum vocitant: Ausonius, crure pari. Scalenos verò, omnes lineas tres inæquales habet: quod signat clausula carminis nouissima, vel nominis impar. In mentione ternarij numeri subit mentē prouerbiū græcum, τριὰ οκτώ: quo significatur, octonario numero cuncta contineri. Quidam autumant deos esse octo, omnium dominos, & cū ista continētes: videlicet πῦρ, ὕδωρ, γῆ, ἄρρηθον, σελήνη, ἥλιος, μίθρας, ἄστρα: id est, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, solem, mithram, & noctem. Vbi annotandum, mithram à sole sciungi, diuersumque

verſumque cenſeri deum. Alij hanc parœmiã aliunde ortã
prodiderunt. *Exuvias deæ.*] Intelligit Olympiacã illã ſtolã
nuncupatã, quã erat talãriſ byſſina floridè depicã, qua indu-
tus inſignitũſq; celebravit natalem ſacrorum Iſiacorum: vt pro-
ximè explicatum eſt. hanc autem veſtem exuerat depoſueratque
in templo Iſidis provincialis in Achaia. Ideòque paranda erat
Romã altera per novã religionis conſecrationem. *Falici ami-
ctũ.*] Nimirum ſœlix amictus eſt ille nominandus, quo ex pro-
phanis efficiamur ſacrati, ex impuris puri, ex tenebricoſis lumino-
ſi, & ab hac rerum terrenarum colluione transferimur ad vi-
tam ſinceriffimã, & perinde beatiffimã: qua tu Antifteſ ampliffi-
me illuſtratus, meritò dici beatus poteſ, & ſœlix, cũ in te ſacerdo-
tali dignitati ſit literarũ doctrina cõiuncta. *Initiare.*] Ego initia-
tus tertiiſ ceremoniis: imperatiui modi eſt. *Dys magnus.*] Ofiris, ſi-
ue Serapis & Iſis dij magni intelliguntur, quorum auctoritate &
iuſſu iubetur tertium conſecrari. Græci *δύο μεγάλους* vocãt deos
magnos, de quibus M. Varro hæc: Principes deũ cælum & terrã,
hi deũ. Idem: qui Ægypti Serapis & Iſis, in Latio Saturnus &
Ops: cælum enim & terra (vt Samothracum initia docent) ſunt
deũ magni, & hi quos dixi multis nominibus. hætenus Varro. id-
em: Deũ magni Samothracæ nominantur, de quibus Satyricus:
Iures licet, & Samothracum Et noſtrorum ares. Macrobius in 3.
Saturnalium, non parum multa ſcripſit de diis penatibus, quos
eoſdem & deos magnos & Samothracas & deos patrios eſſe
celeberrimorum ſcriptorum auctoritatibus oſtendit: ex quo li-
quet, verum id eſſe quod ſæpe iam pridem teſtati ſumus, deum
eſſe vnum, nomina multa.

*Hætenus diuini ſomnij ſuada ma-
ieſtas quod uſus foret, pronunciauit.
nec deinceps poſt poſito, vel in ſupinã
procræſtinationem reiecto negotio, ſta-
tim ſacerdoti meo relatis quæ videram,
manuã protinus caſtimonia iugum
ſubeo, & lege perpetua præſcriptis illis
decem diebus ſpontali ſobrietate mul-
tiplicatis, inſtructũ telete comparo, larõ
nuſ ex ſtudio pietatis magis quam meſu-
ra rebus collatis, nec Hercules laborum*

Suada.] *Suadēs,*
& (vt veteres di-
cebant) perſua-
trix: Græci *Πιθο*
vocant perſuaden-
di deã quam in
labris Periclis A-
thenienſis ſcri-
pſit Eupolis ſeſſi-
taſſiſſe. hanc En-
nius Suadam ap-
pellauit, ſcribens
Cethegum orato-
rem Suadæ me-
dullã fuiſſe, ob

suam eloquentiam. Horat. suadem vocat, illo versu: Et bene numeratum decorat Suadela, Venusque. Quintilianus rhetoricen dicere volens esse Suadem medulam, nec tamen audens uti verbis Ennianis, dixit persuadendi opificem: quod græcè Isocrates dixerat. *ἡ δὲ δὴν ἀποφύσσῃ*. à poeta bono fames male loada decenter dicta est, quod suadeat maleficia, & ad malum præcipitanter impellat. In supinam procrastinationem.] Supina procrastinatio dicitur ignava, mollis, & languida cunctatio, dilatioque: quæ dispendiosa est, & infensa magnis plerunque rebus gerendis. iuxta illud Siliij: Cum fata tenemus, Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris. M. Tull. in 6. Philippica: Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Dicitur procrastinare: pro differre, & in crastinum prorogare. Columella: propter quæ procrastinari non debet. *Inanima castimonie.*] Iam

(inquit) redeo ad castimoniam, abstinentiãque ciborum inanimatorum: sicut iam bis antè factitauerat. Inanima castimonia dicitur, frugalitas edendi, qua ab animalibus abstinentes, cibariis vescimur anima carentibus. sicut paulo antè dixit: Inanimis contentus cibus, qui victus est Orphicus & Pythagoricus. Talis autem vice & castimonie iugum plerisque omnibus durissimū est assue-

me sumptuūque quicquam pœnituit, quidni? liberali domini providentiam stipendiis forensibus bellale forum. Denique post dies admodum pauculos, deus deūm magnorum potior, & maiorū summus, & summorum maximus, & maximorum regnator Osiris non in alienam quampiam personam reformatus sed coram suo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere visus est, quam nunc incontanter gloriosa in foro redderem patrocina, nec extimescerem maluolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi deseruiebat. Ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem, in collegium me pastophororum suorum imò inter ipsos decurionum quinquennales elegit. Rursus denique, quam raro capillo collegij vetustissimi, & sub illis Sylla temporibus conditi munia non obumbrato vel obrecto caluicio, sed quo quo versus obui, gaudens obibam.

est assuetis carnibus vesci, & mihi imprimis: qui malim inter
 creophagos quàm carpophagos annumerari. & quamvis cla-
 mer Pythagoras, Parcite mortales dapibus temerare nefandis
 Corpora, diuitias alimentaque mitia tellus Suggestit, atque epu-
 las sine cæde & sanguine præbet: tamen ego illud ecclesiasticum
 probo. Omnia munda mundis, & nihil reiciendum quod cum
 gratiarum actione suscipitur. Si quis mihi interdiceret esum car-
 niùm, & ad inanimos cibos relegaret, citissimè rabsce-
 rem, fietinque & ipse inanimis. Hic occurrat forsàn quispiam dicens,
 Heus tu magister & commentator noster, hæccine tua est disci-
 plina: sic nos instruis? Ganeo es, & lurco, & edax, & vorax? Tu no-
 bis popinam & ganeam colendam præcipis? Nescis studium sa-
 lutare fieri non posse citra frugalitatem? nescis parco victu & te-
 nuiculo opus esse studiosis disciplinarum, quarum tu haberes pro-
 fessor tam magnus, tam famigeratus? Quomodo potes corpori
 simul & animo vacare? Quomodo popinam simul & libros col-
 lis? Isti ego (si quis forsàn id quærat) sic voce exercitissima respon-
 deo: Lantior victus ad studendum, ad philosophandum, ad bene
 viuendum impedimento non est, modò sit moderatus: quod oli-
 um Aristippum dixisse tradunt. Ego iuxta illud saluberrimum
 præceptum, edo citra satietatem, bibo citra ebrietatem, edo & bi-
 bo ut viuam (prout Socrates monet) non viuo ut edam & bibam,
 ut Asoti de patella proclamant. Simplex quidem cibus mihi iu-
 cundissimus est, ut pote qui homini saluberrimus esse dicatur:
 sed eum volo deliciaiorem, nec inficior, esculentiorinque: qui
 nec oneret sensus, nec difficulter perficiatur. nec enim ita stoma-
 chus meus concaluit, ut etiam cruda digerere possit. in summa,
 non saginam, non voratrinam ex esu carniùm quæro: sed bonam
 corporis valetudinem, & ingenij salubritatem. & profectò longe
 conducibilius salutaris que est modico cibo, & eo quidè precio-
 so veniculas refocillare, recreareque, quàm oleribus & pomis at-
 que leguminibus implere ventrem ad saturitatem: quæ omnia
 sunt cacochyma, ut Galenus docet: & argumenta quotidiana eui-
 denter ostendunt, quibus corpus distentum languet, & animus
 hebetescit. Sed cum hæc *ὁδὸς ἡγεῖα ἐπιπρὸν* dicta sint, iam à diuerticu-
 culo in viam regrediamur, ut extrema manus diis hominibusque
 fauentibus hisce commentariis imponatur: ut tandem Lucius no-
 ster ex tenebroso lucidus factus, prouolet in publicum, & in ma-
 nus tuas Antistes Maxime festinanter conueniat, quæ illum co-
 miter, desideranter, amantèrque excipient. *Spontali sobrietate mul-
 tiplicanti.*] Ex præscripto legis sacerdotalis, cibaria voluptas per
 dies tantum decem erat coerenda, & sinceritas castimonie ob-

seruanda: tamen Lucius noster ait se multiplicasse dies illos frugalissimos, & vltionea sobrietate longe pluribus diebus quam lex ipsa præscribat fuisse abstemium, abstinuissèque à cibatu animalium esculentiore. Quidam putant multiplicatos intelligi dies, quia iam tertia vice abstinens sit, & inuinius, vt ita multiplicati ter dies decem summam conficiant mensuram. *Instructum relecta.* Apparatum, instrumentumque necessarium ad teletam, id est, purgationem & cerimoniam tertiam indispensandam. nomen est quarti ordinis *Largitus.* largè & abundanter, media correpta pronuntiandum, cum aduerbium sit. dicitur enim largius pro largè, vt publicus pro publicè. Afranius: Quid istud est? quid hæc? quid lachrymas largius proloquere? *Domini.* Osiris: vel die deum pro deorum, vt sæpe. *Bellule forum.* Ordo est: nec me poenituit sumptum bellule, forum, hoc est, satis belle & eleganter suffarinarum, instructumque ex lucello & mercede forensis patri monij. Bellule aduerbium Plautinum est, tertio gradu diminutionis: bene, belle, bellule. *Deus maiorum summus.* Describitur maiestas Dei amplissimi sacratissimi que Osiris, facta amplificatione per exornationem, quæ græcè climax, latine gradatio nominatur, qua repetitio cuiusque superioris verbi fit: quæ res habet leporem quandam, & elegantiam. Consimile est illud: Gallus non magis pecuniarum repetundarum, quam maiestatis magis, quam Plautinæ legis: neque Plautinæ legis magis, quam omnium legum reus inuenitur. *Affamine.* Jassatu & alloquio. *Non in alienam personam reformatus.* Tale est illud poeticum: Cum mihi se non ante oculis tam clara videndum Obtulit; & pura per noctem in luce refulsit Alma parens, confessa deam, qualisque videri Cœlicolis, & quanta solet. Scribit Iamblichus Platonius in libr. de Mysteriis, quod omnes superi intocari veniunt in conspectum: sed alij sub alijs formis occurrunt. Dij in aspectum veniunt admodum salubres: archangeli horribiles simul & mansueti. Miores angeli, Dæmones metuedi, Heroes verendi minus, deorum pulchritudo occurrit inæstimabilis, incomparabilis, admiranda, supra modum delectans. Archangelorum angelorumque consimilis: sed gradatim inæqualis deorum apparentium magnitudinum cœlum occupare videtur, Dæmonum magnitudo & forma minor, heroum rursus augustior. Denique quilibet pro magnitudine potentie suæ, & imperij latitudine, magnitudinē formæ lucisque præfert. deorum imagines quam plurimo splendore coruscant. Dij animas perfectissime purgant, exhibent in super alij nobis alia. Dij præsentem dant corpori sanitatem, virtutem animæ, menti sinceritatem, quod in nobis est letiferum delent, carorem

lorem fouent, efficaciorēq; reddūt ad vitam, & harmonia intelligibili mēti lumen offundūt. Optandum est ergo vt Deus potens venerando affamine nos dignetur, veniatque in aspectū nostrum inuocatus, vt tribuat bona prēmia: sicut Lucius noster ait, Osirim suū sibi apparuisse opitulatōrē, monitorēq; vitę salutaris, & vt patrocinia susciperet calamitosorū cū homo hominum iuandorū causa natus sit. *Recipere.* } Lego, pręcipere: est. n. visus pręcipere & monere. *Incontaher.*] sine cūctatione & procrastinatione. *Deseruebat.* } Emendo, dissebatur: hoc est, disseminabat: pręmisit. n. disseminationes maleuolorū: nam rumusculi & male dicta inuidorū dissebantur, id est, disseminabantur, divulgabanturq; cū gloriosa doctrina Lucij rūperentur, & hominis virtutē ferre non possent. inuidet. n. nemo nisi superiori. Sentētia Plautina est: Malim mihi inuidere inimicos meos, quā me inimicis meis. *Gragi cetero permixtus.* } Voluit (inquit) Deus me esse inter suos cultores egregiū & eximiū: hoc est, e grege exemptū, tanquā excellentiorē, lectiorēq; nec dignū gregali colluione. *In collegiū pastophororū.*] Antē dictū est, pastophoros fuisse venerabiliores, maiorisq; auctoritatis sacerdotes, quorū collegiū erat sacrosanctū. Senatus est: Osiris deus elegit me nō solū vt essem vnus in collegio pastophororū, verū etiam inter ipsos decuriones, quorū dignitas erat tēporaria, qui per quinquenniū pręerant ipsi collegio. Nunc hodieq; in collegiis conciliabulisq; nostrorū sacerdotū creantur rectores generales, pręsules, vicarij temporarij, quorū imperium ferme triēnale est: hos nūc decuriones vocat, sicut in municipiis decuriones dicūtur senatores gubernatoresq; primarij, & in militia decuriones pręfecti turmarū equestrū. Animaduerti in libris Esdrę pastophoriū propriē dici tricliniū siue cenationē, in qua sacerdotes discumbunt. sic. n. scriptū est: Exurgēs Esdras ab antē atrium templi, abiit in pastophorium Ionathas & hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit, super iniquitatē multitudinis. Item paulō antē: In pastophorio domus Dei nostri, vbi exposuit commentator, pastophorium esse thalamum, deputatum ad vescendum extra atrium sacerdotum. *Quam raro capillo.*] Legi etiam potest quā raro, vt dicat capillis bene de rasis ex instituto ritūque cerimonie se peregrisse munia & officia, pertinentia ad collegiū pastophororum, quod Syllanis temporibus conditū fuisse designat. *Optas rei nulla sanē extra historiam, nec refert, neque. n. res hęc est digna historico stilo, cū auctore Cor. Tacito ex dignitate R. P. repertū sit, res illustres scribēdas annalibus adare: minuta verō & vilia, qualia sunt hęc de collegio pasto-*

phorum, diurnis vrbis actis tradi. *Non obumbrato.*] Solent plerique omnes sacerdotes tiara siue pileolo capitis coronam caluiciumque facticium obumbrare, obtegeréque. Lucius verò noster denotat, se capite aperto detectoque incedere solitum, palam ostentans dera sum caput, & obuium omni ex parte exhibens, nullo galericulo nulloque pileolo obumbrans caluicium sacerdotale. per quod ostendere videtur, se simplicibus moribus & aperto pectore, puroque & (vt ita dicam) fenestrato obiisse munia religionis, citra omnem personam, seueritudo nem, sanctitudinémque adumbratam: sub cuius velamento multi flagitiosi delitescunt: Suprà suo loco annotauimus (non indiligenter opinor) pertinentia ad dera sum caput sacerdotis, coronamque caluicij manu factam. Illud adde, ne quid sciens præteream: in luctu & amaritudine solitos veteres, maximéque Iudæos, radere caluicium, & caput puluere cineréque turpare. hinc illud Ezechielis: Et superiacient puluerem capitibus suis, & cinere confpergentur, & radent super te caluicium, & accingentur ciliciis. Apud eundem Dominus præcipit (quod annotatu dignum scitlique est) ne sacerdotes caput suum radant: neque comam nutriant: sed tondeant. *Quoquò versus obuiò.* } ex omni parte spectabili, cunctisque conspicuo caluicio. *Gaudens obibam.* } cum gaudio, cum hilaritate adibam, peragebamque munia sacerdotalia: quæ lætus obibit & plenus gaudio, quisquis fuerit sacerdos integer vitæ, scelerisque purus: cuius mens non in terris curua, sed in cælum sublimata, nihil nisi diuinum, nisi cœleste cogitabit: qui contemplari Dei ac diuinitatis perfruens vitam deget gaudialem, ac prorsus beatam: cuius vnam nos aliqua ex parte participes esse possimus.

Finis Commentariorum in Apuleij Asinum aureum.

CONCLUSIO OPERIS, AD D.
Petrum Archiepiscopum Colocensem, &c.

Habes Antistes maxime, cōmentarios Apuleianos Philippea incude formatos, & succisuis lucubrationib. absolutos: qui si faciūt ad stomachū literatorū, & cū primis tuū, si tibi probātur, cuiq; similis, in cœlo sum, nec opera sit iactura, bonasq; horas bene collocat as esse gaudibū dū exulto. Nā be, & hoc quicquid est muneris literatorij, ea hilaritate benignè capere, quæ lucubrationes id genus nostras capere cōfutuisti. Qui cū maximis ipse su

dys polleas, nostra sitiēter amplecteris. Lectio Asini Apuleiani nimirum, speculum est rerum humanarum, istoque inuolucro efficti nostri mores, expressaque imago vitæ quodidianæ conspicitur. Cuius finis & summa beatitas est religio, cultusque diuina maiestatis, unā cum eruditione copulata connexaque. Iam vale decus Antistitarum, & commentarios hosce unā cum Asino aureo confertos perlege: quo planè opere Lucius noster magiam asserere, eāque rerum omnium potentissimam ostendere, pro virili parte contendit.

AD MAX. ANTISTITEM
D. PETRUM ARCHIEPI-
SCOPVM COLOCENSEM,
Philippi Beroaldi Bononi-
ensis Epistola.

* * *

MOS fuit, antistes amplissime, statuas eorum publicè dicare, qui a-
liqua illustri causa perpetuitatem meruissent. Summi que homines
non pauci, simulachra corporum suorum in propatulo collocata conspici
voluerunt: ita nominis gloria consulentes, sibi que immortalitatem pro-
rogantes. Præclarum hoc sanè negotium. Cuncta enim virtutis monu-
menta præclara esse censeo. Sed nimirum illud multo præclarior est,
multoque perennius, ingeniorum quàm corporum effigies relinquere, a-
nimorum quàm membrorum expressa liniamenta nepotibus posterisque
disseminare in memoriam sempiternam. Siquidem statuae & imagi-
nes intereunt, aut vi conuulsa, aut vetustatis sibi decolorata: volumina
verò, quæ sunt vera spirantia que hominum simulachra, nulla vi conuel-
luntur, nullo senio obliterantur, fiuntque vetustate ipsa sanctiora dura-
biliaque. Ego iam pridem aliquot id genus effigies sub literatoria
incude procussas, mihi ipsemet publicè posui: quibus non minus opinor in-
genij mei similitudo expressa conspicitur, quàm Olympionicarum simula-
chris perfecta corporum liniamenta spectabantur, quæ Iconica auctores
appellant. Hoc verò nunciium animi nostri simulachrum vario effigia-
tu cultuque laborioso perpolitum, sub tuo nomine publicamus, tibi que
nuncupatim dedicamus, Archiepiscopo Colocensis: quem meritò beatum
censemus, cuius amplissima religioni luculenta doctrina coniuncta est:
quæ duæ sociabili modo connexa, proculdubio sunt beatitudinis effectri-

*ces. Quippe religio vitiorum expultrix. Deo nos conciliat, & vinculo pulcherrimo connectit: doctrina verò virtutis indagatrix, immò ipsa virtus animos nostros exornat, excolit, venustat. Tolle ex mortalium commercio religionem atque doctrinam, quibus haud dubiè vita confiat: cuncta conspicias incondita, impolita, squalentia: nec minus tenebrosa, quàm si ex mundo solem lunamque sustuleris. Pythagoras ille Philosophiæ primus nuncupator, inter plurima quæ humano generi saluberrima documenta præcipit, cum primis monet, Deum religione colendum esse, animum disciplinæ excolendum. Tu perinde ac Pythagorici dogmatis obseruantissimus cultor, ita religione præcellis, ita doctrina præpolles, ut nulli Antistitum clarissimorum sis secundus: agisque Archiepiscopum ex omni prorsus parte absolutissimum, in quo consertus Episcoporum virtutum chorus splendet, & sacerdotalia ornamenta collucet: Ecclesiæ columen, Evangelij tuba, & doctrinæ Christianæ promptuarium: Apostolus Paulus, in Episcopo perfectissimo desiderat sobrietatem, prudentiam, sanctitatem, continentiam, sanamque doctrinam: quæ omnia in te vno affatim cumulata conspiciuntur. Tu sobrius, tu prudens, tu moribus defecatis ornatus, tu castitate vitæ sanctissimus, frugalissimisque: doctrina verò tanta peculiariter excellis, ut non minus sis eruditione quàm Archiepiscopatu memorandus: instar Iube regis, quem studiorum claritate quàm regno memorabiliorum auctores clarissimi prodiderunt. Tu instar Cypriani auro argentoque suffarcinatus exiisti de Ægypto, iuxta Dominicum præceptum despoliata. Tu mellis primitias (hoc est prædulcem eloquij suauitatem) Domino obtulisti. Tu sicuti diceris, ita re ipsa es Archiepiscopus, hoc est princeps primariusque episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non facit matrem familiam, sed boni mores: ita neque stemmata, neque opes, neque nobilitas dant primatum apicemque summo sacerdoti, sed religio doctrinæ copulata. Contrariò complurculi hac tempestate in ecclesia Dei visuntur, qui cum episcopali dignitate sint summi, morum & inscitie dehonestamento sunt infimi: quibus magna lauticiæ luxurique cura est, maxima virtutis incuria. In quibus Episcopi nihil quicquam cernas, præter habitum & nomen qui quid sit episcopatus ignorant, instar Phœniæ pontificis, propter rusticitatem quid esset pontificatus nescientis. Conditiones ecclesiasticæ literaturæ celeberrimi prodiderunt, cæcum animal Deo offerri, quotienscunque illiteratus sacris initiatur, fitque adscripticius militiæ religiose. Dij boni, quot cæca animalia quotidie Deo dedicantur? quot antistites primarij, quot protomystræ, quot Episcopi cæci ientes sunt, & prorsus talpæ, hoc est indocti incultique? Lux enim sacerdotis, & cultus, doctrina est. Habent hi quidem domos exornatas, opiparæ suppellectilem, familiam numerosam, omnia splendens præter ipsos dominos: qui vitis decolorati, & labe ignorantis infecti, sunt tene-
brosi.*

brosi, prorsusque sordescunt. Et cum maiestas Episcopalis aëro comparetur, non tam fulgore auri splendant, quam plumbi liore pallesunt. Episcopus autem cum Græco vocabulo explorator siue speculator significetur, videre sanè est tales Episcopos dignos tanto nomine, dum curiose explorant & soletèr speculantur redditus atque vectigalia episcopatus: qua quidem unica in re merentur Episcopi nominari, hoc est, exploratores diligentissimi, & Speculatores solertissimi, quos (ut seriò loquar, & dicam quod sentio) non tam episcopos quam pseudoepiscopos meritò appellauerim. Cum autem ignorantia inter religiosos (hoc maximè seculo) tanquam gangræna serpat, & perinde ac pestilentia latè grassetur: tu ab eius contagione longè resiliens, munisti temetipsum alexipharmaco doctrinae Christianae, eloquentiaeque medicamento, quibus nihil potest esse potentius. Et cum aliorum animi in macie, corpora in sagina sint: tu mens adipibus doctrinarum saginata pinguescit: qualis pinguitudo quanto uberior, tanto salubrior. Caterum cum ex Apostolico precepto, oporteat Episcopum esse Dei dispensatorem atque pedissequum: cumque in ecclesia hoc sit episcopus, quod in navi gubernator, in curru rector, in exercitu dux: tu instar boni patrisfamilias tota Ecclesiae membra circumspicias, & ne quid luxabundum ruat curiose procurans: ut verum sit. Qui bona fide Deum colit, eundem & diuina diligenter excolere. Instarque boni pastoris, eorum quibus praes commodus salutisque subseruis. Tu ecclesiae rector, exornator, illustratorque existis. Et sicuti sacrarium sanctitudinis, ac domicilium Dei ecclesia dicitur: ita te preside esse cognoscitur. Quae verò ad tuum sacerdotium pertinent diuina mysteria, ea tam diligenter, tam sanctè, tam solenniter celebrantur, ut omnia in his maximè casta, solennia, religiosa sint, ut sacerdotes alii ex institutis tuis religionis colendae formulam mutuentur, Ad haec, cum hospit alitas (quae praecipua virtus est) Episcopum cum primis exornet: domus tua patet illustribus humilibusque hospitibus indiscriminatim. Pauperes ad te perinde ac in asylum salutis confugiunt, tuisque erogationibus sustentantur. Et profectò qui beneficus est in egestos, Deum promeretur: immò (ut verius loquar) Deum ipsum computat debitorem. Plantina illa sententia. De mendico male meretur, qui ei dat quod edat aut bibat: tibi iure optimo veluti inhospitalis ac detestanda improbatur, qui probè calles humanitatis officium esse, necessitati hominis egentis subuenire. Quantum verò illud est quo praconio, qua laude memorandū, quod militibus regis annonam omnifariam, calceos, pilea vestimenta largè suppeditas? qui oppositi sunt veluti obices Turcis coercendis. sanè decet Episcopum orthodoxum nulli impendio parcere, ad cobibendos hostes Christianae fidei sempiternos: qui sanguinis nostri sitientes, Christianique nominis delendi cupiditate flagrantes, faciunt continentet in regionibus Pannonicis incursiones, omnibusque viribus expu-

gnare contendunt propugnaculum in confinio Pannoniæ munitissimum,
 cui Belgrado nomen. Verùm illic præsidium regum in procinctu sem-
 per est, ad illorum impetum retundendum, & ferociam suffrenandam. Hi
 autem bellatores limitanei tuis inuitamentis excitantur, tua largitate
 fiunt in arma promptissimi: te opitulatorem, te parentem consono ore ap-
 pellitantes. inde fit, ut te non minus auxilio pollentem, quàm consilio ex-
 periantur. Cum autem summus honos sit, notum esse tantummodo am-
 plissimis principibus: tu apud Max. pontificem Alexandrum es impetrabi-
 lis: tu maximo regum regi Mathiæ, (cuius laudes nulla ætas conticescet)
 qui Alexandro magno, Cæsari dictatori, Hannibali Pæno virtute im-
 peratoria est comparandus) tam charus, tam iucundus olim fuisti, ut a-
 pud maximum regum honoratior fueris, quàm apud Scipionem Pana-
 tius, apud Alexandrum Aristander. Nec immeritò. Ille enim maxi-
 mas complusculas tuo consilio, auctoritate, prudentia gloriose consecerati:
 quamobrem maximis (sicut par erat) te ornamentis ornauit, & Archi-
 episcopatus apice meritisimo condecorauit: quem tu tamen antè merue-
 ras, quàm acciperes. Quippe iuri præcellentes student non tam suspi-
 cere sacerdotium, quàm mereri. Verumenimvero in etate hominum a-
 genda (ut inquit Plautina matrona) voluptati mæror comes consequitur
 & serenitati tempestas est proxima. Denique nulla tranquillitas po-
 test esse diuturna, nec ulla fere est tam solida fœlicitas, quàm non fortune
 turbo concutiat: quæ semper vir tui aduersariæ est, & contumax. Cuius
 spicula aculeata cum aliubi, tum in aula principali maximè perforant:
 ubi inuidi calumniatores atque maleuoli criminatores dominantur, qui
 in cubiculo regio vipere linguas virulentas vibrant in perniciem bono-
 rum: qui fœlicitatem inuidenti beatis, doctrinam eruditis: qui inuide n-
 tiæ stimulis irritati, virtutem præcellentem allatrare non cessant, omni pro-
 fus pestilentia pestilentiore. In hoc maximi Principes (quod cum bona il-
 torum venia dixisse fas sit) identidem peccant: ut videlicet nauo credu-
 litatis infecti, aures nimis patulas præbeant delatoribus, quos (ut sapien-
 ter Domitianus dicere solebat) qui non castigat, irruat. Horum itaque
 fictæ criminationes te regi Mathiæ fecere suspectum, te veluti procella
 turbulentiæ ventos regios (qui tibi spirabant secundissimi) immutarunt, in
 tantum, ut cymba tua retrosum aëta scopulo illideretur. Tunc fortuna
 fulminantis iclu non tam extinctus quàm decoloratus, docuisti, virtutem
 afflari posse, extingui non posse: cuius cum propriam sit, neque rebus se-
 cundis immodicè efferrî, neque a lueris imminui: tu sicuti in prosperis mo-
 destus, ita in aduersis constans, procellam illam impetu vehemētiore pro-
 filientem patienter pertulisti, virtutis adminiculo fultus, & conscientia
 immaculabili subnixus. Qui ad vnicum calamitatis leuamentum stu-
 dia confugiens, id temporis maximè expertus es, literas, sicut fœlicibus in
 rebus

rebus sunt maximo ornamento, ita in calamitosis esse maximo solatio, singularique perfugio: ex quo uberrimus est fructus, incunctis que sapiens. Verum cum maximum hominis propugnaculum innocentia sit, cumque virtus concuti possit, excindi funditus non queat: tu pristino mox fastigio restitutus, clarior illustriorque emeristi: instar solis, quem nubecula obumbraverit: qua mox dispulsa, purior, nitidior, flagrantior emicare consuevit. In presentiarum in maxima es (sicut merito esse debes) existimatione atque auctoritate, apud sacratissimum, & omni cum honore mihi nominandum regem Vladislavum: quem religiosissimum, sanctissimum, indulgentissimum Regum omnium, sciant omnes qui noverunt: & constans fama, latissima predicatione circumfert: qui regis virtutibus quasi compactus atque conglutinatus, duorum regnorum Pannonia & Boemia habenas sapienter & salubriter moderatur: cui non secus ac Traianus alteri, cognomentum Optimi optimè congruit. Quem mihi in animo est aliquando reuerenter salutare, sed non sine munere carthariorum sicuti Parthorum regem nemo sine munere salutat. Tu apud summates & proceres aulicos omnis es amabilis, atque pro ea (qua plurimum polles) virtute es venerabilis. Te omnes uti parentem colunt, regis que status patronum strenuissimum cum laude suscipiunt. Ceterum cum pulcherrimum sit, ut in vita, ita in studijs severitatem comitatè que miscere, & ex dissonis facere concentum: in austeriorum spiritualis doctrina disciplinam mices lenioribus secularis sapientiæ condimentis: post spicas salubriori messe collectas, racemos vindex Oratoriæ suavisimos decerpis, sine cuius suavolentia doctrina omnes inodorata, insuaves, iniucunda sunt, & prorsus aspernabiles. Omnes qui istinc veniunt, multa de tua equitate temperantia, integritate, doctrinæ que commemorant, te que preconio bonitatis extollunt. Quid memorem quàm probus, quàm splendidus, quàm inculpatus existas in vita interiore atque domestica: ex qua mores perpenduntur, & interior homo dispicitur? Cùmque ex moribus ministrorum domini per sepe iudicentur, domus tua tota bene instituta: Famulium, quod pro dignitate copiosum est, ad mores deminicos merè formatum: nihil turpe dictu factuque in domo tua neque auditur, neque cernitur. Quod si qui aliquando improbiore existunt (difficile est enim, in maxima familia ad præscriptum cunctos innocenter degere) eos tu austeriorum medicina, severitate que, non tam tetra quàm tetrica, ad frugem bonam renocate contendis: probiores verò indulgenter amplexaris ac foves. Ita ex malis bonos, ex bonis optimos efficiens: id quod M. Antonij Imperatoris laudem plausibiliter proditum est. Et cum in familia numerosa plures habeas egregie fideles, inter ceteros probissimus est Martinus Athadinus, quo in negociis dominicis obeundis nihil fidelius, diligentius, vigilantius novi. Quem tu ex omnibus unum, utpote solertiorum, maxime idoneum delegisti, cui arcana committeres, & negocia permagna con-

crederes: quem ad Pontificem Maximum nuncium renunciūque impe-
 trabilem es experius. Et cum in te abundant virtutis & bonitatis e-
 xempla, iusti æquique pertinax, religioſeque inſtitutionis ſervantiſſimus,
 penſum religioſum, quod quotidianum ſacerdos bonus Deo debet, ſuis horis
 abſolutum incontanter reddis: in tantum diſſimilis iſtis, quibus pro pſalte-
 rio pſalteria eſt, pro ſancto breuiario ſortum accubat. Et cum ex Ho-
 merica ſententia turpe ſit viro primario totam noctem ſomno conſumere, in
 ſomni parcifſimus, vigilas de nocte, bonasque horas bonarum artium ſtu-
 dijs impendens, ita vitam producis, prorogafque: vita enim vigilia eſt.
 Denique aris archiepiſcopum ſine ſuperſtitione religioſum, ſine ſimula-
 tionis ſuco ſincerum, ſine labe emaculatum, ſine iactantia literatum: ut
 merito vnus dici poſſis irreprehenſibilis, quod abſoluta virtutis inſtar
 eſt: idque in epiſcopo depoſcit Apoſtolus. Age verò illud verus ver-
 bum quod ait, ſimilia ſimilibus letari, nonne ſpectatiſſimum in te veri-
 ſimumque eſſe conſtat? qui cum ſis literatiſſimus, conuictoribus vi ſoles
 literatis, habefque in prandio & cœna eruditos fabulatores, quorum ſermo-
 nes conuiuales ſunt tibi pro pabulo ſuauiſſimo. Qua in re mehercules,
 Alexandro Imperatori Romano es ſimilimus: qui in conuiuio doctos om-
 nnes adhibebat, dicens ſe literatis fabulis recreari & paſci. Et profectò
 viro eruditifſimo condimentum ſuauiſſimum eſt, fabulatio literata. Con-
 trà cum inter ſe doctis indoctifque ſit naturale diſſidium, ut prophætanum
 vulgus odiſti, & indoctos eliminat. Bonos omnes inter ſe (ut inquit
 Plato) oportet amicos eſſe, et ſi ſint minus noti, quorum mores ſecteq; con-
 ueniunt. Tu Platonici præcepti retinentiſſimus, bonos omnis (hoc eſt,
 literatos) diligis ac foues. Et cum eruditis ſit amicitia tua vel maximè
 concupiſcenda: tu eruditorum beneuolentiam ſtudioſe expetis, muneribus-
 que concilias. Nullus in Italia, literarum literatorumque altrice ac pa-
 rente, eſt ſtudioſum claritate paulo celebrior, qui non tibi ſit glutino ami-
 citiæ copulatus. Tu me perinde ac in ſtudijs humanitatis neque poſtre-
 mum, neque imi ſubſellij profefſorem: muneribus proſequitur, tu ad me
 crebras literas dediſti: quo (dij boni) lepore, qua verborum atque ſenten-
 tiarum amœnitate refertiſſimas, prorsus ut perfectus orator. Tu ad me
 veluti ad præceptorem, neque moribus, neque doctrina pœnitendum, deſti-
 naſti neceſſarios diſcipulos, ut doctrinis expolirentur, & dolatorio elo-
 quentiæ leuigarentur. in er quos eminet Michael Cheſerius: quo in puero
 mirifica indoles virtutis apparet, & ingenij lumen eluceſſit: qui ad polien-
 dam linguam, & capiendum ſacundiæ cultum eſt oppidò quàm docilis:
 haud quaquam degenerans à parète Stephano Cheſerio, viro clarifſimo,
 qui ob probitatem atque virtutem agit iſtic Vicepalatinum, quod nomen
 eſt præfecturæ in Pannonia honoratiſſimæ, tertiaſque à Rege dignitatis
 partes gerit. Magnum hæc ego duco, quod archiepiſcopo maximo, elo-
 quen-

uentissimo, doctissimoque nostra, quantumlacunquē est, doctrina non solum
 est. Huiusce autem inter nos florentis indies amicitiae conciliator, & qua-
 conglutinator fuit discipulus meus Philippus Cyulanus, inuenis appri-
 me nobilis, & impense doctus: qui auro Pannonio merces Latias, hoc est
 literariam supellestem, qua nil preciosius, comparauit. Et hac politioni
 eruditione suffarcinatus, pigmentisque oratoris bene coloratus, in pa-
 triam ad suos nuperrimē remeauit. Et sanē me plurimum iuuat, cum ex
 gymnasio nostro literatorio scholasticos conspicio, non solum cismontanos,
 verumetiam transmontanos, nobiles, complusciculos bene literatos prodi-
 isse, quotidiēq; prodire, repurgata linguarum vitilagine, omniq; deterisa bar-
 bariē. Inter quos ad praesens est gemma scholasticorum, & illibatus elo-
 quentiae candidatorum flos, Ioannes Vartibergensis Boenus, meus (ut
 vulgo dicitur) compater, quem arctissime diligo, quo amabilius eleganti-
 us, splendidus nihil quicquam reperiri posse contenderim. Hic me for-
 matore ac magistro, tam enixē colit eloquentiam, tam diligenter indul-
 get stilo Latiali (qui optimus opimusque est dicendi artifex) ut ad ge-
 nitales terras in patrium laeum sit elegantias Italicas haud dubie se-
 cum relaturus: ut Tullianis ornamentis excultus, possit inter suos
 non solum disertus, verumetiam eloquens haberi, & doctrinae inuidioris
 honestamento nobilitari. Ego igitur, ut haec quae mihi tecum fœlicibus
 auspiciis exorta est amicitia, tam proba, tam sancta, tam splendida, vul-
 go innotesceret, fieretque apud posteros quoque testator: Commentarios
 hosce Apuleianos tibi nominatim dedicaui, Archiepiscopo Petre, in-
 ter Antistites primarios doctissime, inter doctos religiosissime, inter u-
 trosque clarissime: quod sanē munus neque minus preciosum quam au-
 reum, neque minus fulgens quam argenteum, tibi potissimum uideri de-
 bet: qui optimē nosti, bona animi tanto bonis extrariis praestare, quanto
 animus corpori antecellit. Quae in Lucio nostro salebrosa ante hac sentie-
 bantur, ea lenigare quae obscura, illuminare quae tortuosa, corrigere con-
 mixtus: non pauca quasi aliud agens de industria interserui, ad omni-
 fariam interpretationem pertinentia, quibus ueluti condimentis nauseosus las-
 sescentis conuinae stomachus reficeretur, & omne quasi fastidium ab-
 stingeretur. Multa mediisfidius ex secretariis doctrinarum abdita erue-
 re atque expromere elaboraui, ut pro viribus iuuarem studiosos linguae La-
 tialis, prodessemque posteritati. Spero haud indignos futuros com-
 mentarios, qui in bibliothecam tuam reponantur: quam libris omnigenae
 doctrinae copiosissimis habes instructissimam, elegantissimamque. Du fa-
 xunt, ut testes sint mei erga te amoris & obseruantiae sempiternae, ut no-
 mentum meumque iunctim latissime circumferant. Mihi certē in
 animo est, in reliqua quoque Apuleiana volumina condere annota-
 tiones, si haec tibi non displicuisse cognosero. Te enim iudicem tantū fa-
 cio, quanti fieri debet doctissimus, maximus, amantissimus censor,

Et is cuius nomini peculiariter dicamur. Opto, ut opus hoc mustent tibi
privatim missum, usque nomini dedicatum, omnibus probis legatur. Ma-
le literatos nihil moror. Vale decus Antistitum, & columen crudi-
torum: meque, prout cepisti, absentem absens dilige: & cum a seruis oc-
cupationibus fueris seriatim, hæc quascunque sunt, transgredere non
preueris.

FINIS.

TOMI PRIMI VARIÆ
LECTIONES.

LIB. II. ASI. AVR.

PAG. 225, lin. 3, arripui, al. arripio, lin. 4, lat. inuado, al. inuolo,
lin. 9, sic præl. al. sicque præl.

LIB. III. ASI. AVR.

pag. 226, lin. 8, in altern. al. inter altern. lin. 15, tetra cædis peri-
litum cruore, al. ternæ cædis cruore perlitum, lin. 22, interim, al.
interdum.

pag. 229, lin. 6, sublimo, al. sublimi, lin. 13, conceptum, al. conse-
ptum, lin. 22, producant, al. perducunt.

pag. 233, lin. 1, lapsa dilig. al. scrupulosa dilig. ibid. cuncta, al.
cuncta.

pag. 236, lin. 29, quàm maribus quàm in aliquibus deest.

pag. 237, lin. 14, validiss. aggr. al. validiss. virib. aggr. lin. 16, reflexu,
al. flexu, lin. 28, semper, al. insupe, lin. 30, iustæ vlt. al. istius vlt.

pag. 240, lin. 1, hic prof. al. hæc prof. lin. vlt. oleaginos, al. olea-
gineos.

pag. 242, lin. 2, tal. infit. infit in aliquibus deest, lin. 19, salt. mori,
al. sal. mihi mori, lin. 20, quæ fietib. al. quæ suis fiet.

pag. 243, lin. 9, cruciandum adfig. al. cruci adfig. lin. 4, form. si-
mul, al. form. similis, lin. 12, noua offensione, al. noua ostensione
lin. 18, ingratus, al. ingratis, lin. 31, Tunc illis, al. Tunc ille.

pag. 246, lin. 3, secus, al. secius.

pag. 247, lin. 14, Ac ne istic, al. Ac ne istuc, lin. 23, comitatur, al.
comitabitur, lin. 26, ac tibi, al. at tibi.

pag. 249, lin. 6, quantum cumque, al. quantumque, lin. 10, inquit,
al. ait, lin. 21, prohibe, al. proin, lin. vlt. deuotatus, al. denotatus.

pag. 252, lin. 2, scæuitas, al. scæuitas.

pag. 254

pag. 254, lin. 4, minuta. *al.* diminuta, lin. 11, profectio. *al.* profectio;
alij non habent. lin. 25, forma. *al.* formulæ.

pag. 255, lin. 4, totasque art. *al.* totiusque art.

pag. 256, lin. 14, arr. inclem. *al.* arrip. me incl. lin. 23, huiusm. rep.
al. huius rei repul. lin. 28, descenderem. *al.* discederem; lin. 30,
tondentem. *al.* attondentem.

pag. 257, lin. 5, scandulare. *al.* scindulare lin. 6. persflabili. *al.* per-
flatili. lin. 9. commodatum. *al.* com modum.

pag. 264, lin. 1, At ego sic lep. *al.* ac sic lep. lin. 14, cum reformatu
al. eam reformatam.

pag. 265, lin. 15, solet huiusm. *al.* solet secum huiusm. perf. lin. 21,
garrigentib. *al.* gannientib.

pag. 269, lin. 3, pupulis, *al.* pupillis.

pag. 272, lin. 3, Saginer meū, ipsa lup. *al.* Siccine me à lupis con-

pag. 273, lin. 2, At mihi scel. *al.* A me scel. lin. 11, mea Fotide. *al.*
meæ Fotidi. lin. 30, medelam salubrem. *al.* medela salubri
lin. 33, procuretur. *al.* proc. herbulis. Aneth.

pag. 276, lin. 20, format. *al.* reformationis.

pag. 277, lin. 1, humid. cum ocul. *al.* humid. tamen ocul. lin. 6:
clamabat *al.* clamavit.

pag. 279, lin. 19, lauta. *al.* laütia. lin. 29, illigatiss. *al.* illi gratissi-
mo

pag. 280, lin. 4, Hipponæ. *al.* Eponæ. lin. 10, prolixa. *al.* prolixa
nimium, & porr. lin. 20, labilem. *al.* debilem. lin. 22, quæ ritans ex-
tere. *al.* quærens inuenire lin. 27. præcussis *al.* percussis.

pag. 283, lin. 5, discursus *al.* occurfus lin. 7. ortus solis. *al.* ortui
solis

pag. 284, lin. 2, serid. *al.* sedulò.

pag. 285, lin. 4, turbulas, *al.* turbellas; lin. 17, fluebant ad flore-
bant.

LIB. IIII. ASI. AVR.

pag. 287, lin. 12, leuatos. *al.* læuigatos lin. 15. alioquin. *al.* alioquin

pag. 288, lin. 5, in hortulis *al.* in locis.

pag. 290, lin. 6, minius col. renideb. *al.* niueus color tenitebas:
lin. 19, diuin. guttis roris. *al.* diui roris. expuncto guttis.

pag. 291, lin. 18, abreptumque. *al.* arreptumque

pag. 294, lin. 2, cum prostr. *al.* eum prostrat. lin. 3. vlulabili. *al.* citi-
labili. lin. 16. deuerteram. *al.* deuerteramus.

pag. 297, lin. 9. substitem. *al.* subtilem. lin. 17, causæ remission. *al.*
causariam missionem lin. 27, effunditur. *al.* offunditur ibid. in
mod. mortui, *al.* in mortuum, non

pag. 298, lin. 3, etiamnum, *al.* etiam nunc. lin. 5, commil. fort. *al.*
comm. mei fort. lin. 10, etiam, *al.* esset.

pag. 299, lin. 3, exolutis, *al.* dissolutis.

pag. 300, lin. 30, irrepfissent, *al.* direpfissent.

pag. 301, lin. 1, compellant, *al.* compellabant. lin. 7, tribuas, *al.*
tribues, lin. 12, hospitatores, *al.* fospitatores.

pag. 306, lin. confederant, *al.* cubuerant. lin. 11, inconditè. in condi-
tè alij non habent. lin. 22, fecit, fecit in aliis non legitur. lin. 24, op-
petiitis, *al.* appetiitis.

pag. 314, lin. 2, concepta, *al.* contempta. lin. 12, clavis, *al.* clavi. lin.
16, leuem, *al.* lenem. lin. 19, nixu *al.* nisu. lin. vlt. decurrere, *al.* de-
currunt.

pag. 316, lin. 4, commissimus, *al.* comminiscimus. lin. 6, tempera-
to, *al.* temperato. lin. 7, abscindimus, *al.* abscidimus. lin. 17, que-
rens, *al.* quæfens.

pag. 319, lin. 29, diffusaque, *al.* diffiffaque.

pag. 321, lin. 4, vbi, *al.* ibi.

pag. 328, lin. 8, acumine, *al.* sarcimine.

pag. 340, lin. 2, scæuus, *al.* scæuus. lin. 13, sepaccis, *al.* sebaccis.

pag. 341, lin. 15, scenis, *al.* scemis.

pag. 344, lin. 12, & ecce & deest in aliis.

pag. 345, lin. 14, Patilo, *al.* paulò. lin. penult. ita, *al.* istas.

pag. 347, lin. vlt. Libantes, *al.* libant.

pa. 347, lin. 6, cœnafs, *al.* se cœnafs. lin. 9, cogitatione, *al.* refe-
ctiōne.

pa. 350, lin. 12, verbisque quæ dol. *al.* verbis quæ dol.

pa. 351, lin. 6, At, *al.* Ac. lin. 21, conquierat, *al.* conuierat.

pa. 356, quod malum, *al.* quid, malum, lin. 11, Quod si peragis, *al.*
Quod si pergis. lin. 12, faxo, *al.* facto. lin. 25, mai. *et.* *al.* mai. in a-
te.

pa. 357, lin. 10, voti, *al.* votis.

pa. 363, lin. 21, mehercules, *al.* mea herilis.

pa. 364, lin. 3, mellitus dulcioli, *al.* mellitis dulciolis, lin. 5, tristi-
tæ animi, *al.* tristitiæ an. longore cor.

pa. 366, lin. 17, priore, *al.* primore.

pa. 370, lin. 6, proferantur, *al.* deferuntur, *al.* deferuntur. lin. 13,
nomen, *al.* numen.

pa. 372, lin. penult. pennatum, *al.* pinnatum.

pa. 376, lin. 2, persulfantes, *al.* persultantes.

pa. 379, lin. 7, pinnis, *al.* pennis.

L I B.

LIB. V. ASINI AVR.

pa. 387, lin. 11, humanis, *al.* humanis manib. sed diuinis artibus,
 pa. 391, lin. 3, effigiauit, *al.* efferauit. lin. 6. discriminantur, *al.*
 disc. Vehem. iter. lin. 10, parietes, *al.* parietis.

pa. 392, lin. 28, corpus, *al.* corporis.

pa. 395, lin. 5, agebant, *al.* cogebantur.

pa. 398, lin. 20, blanditus, *al.* blanditiis. lin. 21, anima, *al.* anima.
 Vi ac p. V. vsurus, inuit.

pa. 401, lin. 5, lanostim, *al.* lanoso.

pa. 402, lin. 30, caluiorem, *al.* glabriorem.

pa. 405, lin. 9, modicè, *al.* medicæ. lin. 11, vides, *al.* videtis.

pa. 406, lin. 12, fecimus, *al.* ferimus. lin. 20, Sciat, *al.* sciet.

pa. 410, lin. 9, mortalem nuntio, *al.* mortalem. Nuntio Psyche.

pa. 412, lin. 14, eius crinibus, *al.* suis crin.

pa. 414, lin. 1, conferto, *al.* conferto. lin. 10, in tantis aureis, *al.* in-
 fantis aurei, lin. 17 pulcherrimè, *al.* pulcherrimo.

pa. 416, lin. 3, huius concol. *al.* huius quàm concol. lin. 18, multi-
 modis, *al.* multinodis.

pa. 420, lin. 2, marito *al.* maritum.

pa. 421, lin. 18, paulatim, *al.* paululatim. lin. 22, nixu, *al.* nisu. lin.
 24, abscinde, *al.* abscinde. li. 27. istis sociis tecum, *al.* ocyis tecum.
 lin. vlt. ipsæ, prot. *al.* ipsæ protinus, tanti.

pa. 245, lin. 15, velitatis, *al.* velitatus.

pa. 426, lin. 17, aliis, *al.* alis. lin. 19, tremulæ, *al.* tremulè. ibid. in-
 quiete, *al.* inquietè.

pa. 429, lin. 28, deuictam, *al.* deuinctam.

pa. 431, lin. 8, Dei scilicet, *al.* Dei scilicet, qui.

pa. 432, lin. 17, suspiratu, *al.* suspiritu.

pa. 435, lin. 17, vbi istud tam, *al.* ob i. t. d. facinus, conf.

pa. 437, lin. 6, cecidit: int. *al.* cecidit. Int.

pa. 439, lin. 11, propter, *al.* propiter. leg. properiter. lin. 19, me
 meam, *al.* me, in aliis deest.

pa. 440, lin. 3, habebas, *al.* habes.

pa. 446, lin. 2, quæ siere, *al.* quæsiuere. lin. 6, modo pectori, *al.*
 meo pect. lin. 7. perpetraturæ, *al.* perpetrare.

pa. 447, lin. 4. amore, *al.* amarè.

LIB. VI. ASINI AVR.

pa. 450, lin. 6. Hinc, *al.* hic.

pa. 452, lin. 3. Ain, *al.* Ah. lin. 14, Rogo te, *al.* Per ego te frug.

- pag. 456, lin. 12, fabrica structum, *al.* fabri constructum.
 pag. 458, lin. 5, quam, *al.* quæ.
 pag. 459, lin. 1, exanclatis, *al.* exantlatis.
 pag. 462, lin. 4, per fidem, *al.* Psyche, *nut.*
 pag. 464, lin. 6, lunæ, *al.* limæ.
 pag. 465, lin. 6, canitant, *al.* canticant, lin. 8, prænantiant, *al.*
 pronuntiant.
 pag. 482, lin. 7, exanclata, *al.* exantlata.
 pag. 486, lin. vlt. tradit, *al.* tradidit.
 pag. 489, lin. 4, populis, *al.* pupillis.
 pag. 491, lin. 4, sperasque, *al.* sperasne.
 pag. 494, lin. 5, magna, *al.* maga.
 pag. 495, lin. 7, cunctata, *al.* contata; *ibid.* ad quam. *ad.* in aliis
 deest.
 pag. 499, lin. 2, ille Ditis &, *al.* ille, Ditis pater, tant. expuncto, &,
 pag. 503, lin. 10, sedile dedicatum, *leg.* sedile delicatum, lin. 13,
 Veneriam, *al.* Veneream.
 pag. 524, lin. 5, eueniunt, *al.* reueniunt.
 pag. 527, lin. 20, &, *al.* Et.
 pag. 529, lin. 18, captiua, *al.* capticia.
 pag. 530, lin. 13, obligata, *al.* obliquata.
 pag. 532, lin. 1, spirans, *al.* iuspirans.
 pag. 536, lin. 1, tuo veritatis, *al.* tuæ verit. *leg.* tuo veritati.
 pag. 539, lin. 7, prehensio, *al.* prensio.
 pag. 545, lin. 1, omni, *al.* omnium.

LIB. VII. ASI. AVA.

- pag. 550, lin. vlt. esset, *al.* etiam.
 pag. 553, lin. vlt. ore, *al.* more.
 pag. 563, lin. 8, centuculis, *al.* centunculis, lin. 9, semamictum,
al. semiamictum, lin. 13, iam comm. *al.* iam fidi com.
 pag. 570, lin. 9, sumptis, *al.* spreis.
 pag. 571, lin. 4, tabernaculam, *al.* tabernulam.
 pag. 576, lin. 20, Nam mul, *al.* Vnam mul.
 pag. 577, lin. 10, centuculo, *al.* centunculo.
 pag. 582, lin. 16, quique, *al.* quiqui.
 pag. 590, lin. 13, satule, *al.* satulle, lin. 16, poscebat, *al.* poscebat v.
 fus, *ad.*
 pag. 594, lin. 8, *Quiuere mortui*, inclusa in aliis desunt.
 pag. 602, lin. 26, adoria, *al.* adorea, lin. 28, serus, *al.* serius.
 pag. 605, lin. 7, patienter, *al.* satianter.

pag. 606, lin. 3, remulsis, al. remissis.

pag. 611, lin. 8, conterebam, al. conturbabam.

pag. 615, lin. pen. Ego, al. Ergo

pag. 620, lin. 1, gestuque, al. questuque lin. 5, compauida, al. compauita.

pag. 624, lin. 10, aspersum, al. inspersu.

pag. 630, lin. 2, retractus, al. extractus, sed extremae pœnae lin. 23, fugæ conc. al. fuga concitato perque. lin. 26, & summo & alij non habent. lin. vlt. ignarâque, al. grauémque.

pag. 631, lin. 2, accommodabam, al. commodabam. lin. 5, forma, al. fortuna. lin. 12, me cognitum, al. me, cognito capistro, præh. lin. 15, dominique, al. Deumque. lin. 16, raptatis, al. raptatis violenter; quid lin. 20, detractatus, al. detractus. Et lin. 30, iniuriæ, al. omneis iniuriæ. lin. pen. circa, al. contra.

pag. 632, lin. 1, agere, al. egerere. lin. 17, magistratus, al. magistratum.

pag. 637, lin. 2, quærebantur, al. quærebant.

pag. 638, lin. 3, decrit, al. decrit. Hoc sic eff. lin. 9, quietique, al. quietive. lin. 20, miseret, al. miseretur lin. 22, infirmitatemque, al. infirmitatem. lin. 27, circa, al. contra. lin. 32, vacare, al. carere.

pag. 639, lin. 14, assertis, al. subsertis. lin. 16, inligans, al. alligans. lin. 28, innixus præf. al. præsidio n' sus. lin. 32, Certum, al. Ceterum. lin. pen. interiisset, al. interisset.

LIB. VIII. ASINI AVR.

pag. 646, lin. 7, is de cuius exilio, al. Is de cuius exitio. lin. 15, possint, al. possent. lin. 16, stilum, al. stilos. ibid. in historiae speciem, al. historiae specimen.

pag. 647, lin. vlt. fuit, al. simul.

pag. 648, lin. 10, id genus, al. is genere, lin. 11, parentum inu. iud. al. parentes inuitaret; iudicio morum, lin. 14, At, al. Ac. lin. 18, facinore, al. facinori, lin. 25, exultans, inf. al. exultans insigniter, perm.

pag. 651, lin. vlt. immodici ard. al. immodicis ardorib. totos adurat hom.

pag. 652, lin. 10, potest, al. possit, lin. 16, eff. etu spe, al. effectu Spe etate denique. Sed. lin. 18, proruperint, al. prorupit. 38.

pag. 654, lin. 8, indagatur feras, al. indagaturus feras, si quid tamen lin. 7, ramorûmque, al. ramorûmque den. reg. minib. umbrosum, prosp. vestigatorum obsep. lin. 11, residentes inuad. al. residentes, inuadere bestias immit. lin. 13, partiti, al. partitæ.

lin.19, inuisitatus, *al.* inuisitatus, lin.22, spumeus, *al.* spumans, oculis aspectu minaci flammeus, lin.24, oris, totus, *al.* oris totus, sine dist.

pag.655, lin.7, vel arb. *al.* & arb.

pag.659, lin.12, ex sum. ex, *al.* deest, lin.15, dentium comp. *al.* dente compulsio, lin.24, ad terrā, *al.* ad terrā. At enita furens aper, iruadens primò lacinias eius, post ipsum ref. mul. den. lan. Nec.

pag.660, lin.4, crura, *al.* vulnera, lin.6, demisit lanc. *al.* lancam immisit, lin.10, quoque best. quoque, *al.* deest, *ibid.* transfadit, *al.* transfadigit, lin.16, & dol. sim. *al.* dolorem simulans, lin.17, circumplexus, *al.* amplexatus, lin.19, officia soler. *al.* officia finxit lin.22, manus suæ culp. *al.* culpam manus suæ, mentiens bestiae dabat, lin.31, fertur infana voce, *al.* fertur, infana voce casum mariti quiriritans, lin. pen. obuij dolore, *al.* obuij omnes dol. lin. vlt. cuncta vac. cuncta *al.* deest.

pag.661, lin.2, labentique, *al.* labantique, lin.4, reddidisset, *al.* reddidit, lin.5, remansit in vita, *al.* inuita reman. in vita.

pag.667, lin.1, ereptis, *al.* factis, lin.11, necessarios, *al.* necess. nuntios, ipsos den. par. extorquet tandem, iam, lin.18, hilari, *al.* hilario, lin.19, iubebatur, *al.* videbatur.

pag.668, lin.3, se sol, *al.* sese sol, *ibid.* Sed Thra. *al.* Thrafillus verò præceps & romerarius priusque, lin.7, lassesceret, *al.* facesceret, lin.11, impudente, *al.* impudentiæ.

pag.671, lin.2, cruentam, *al.* cruenta, &, lin.6, si pect. & si pect.

pag.672, lin.10, genas, *al.* decoras genas contundit, lin.15, conuerberat, *al.* verberabat, lin.19, tacita, *al.* tacitè.

pag.675, lin.9, diuersatur, *al.* deuersatur, lin.17, cum, *al.* tum, lin.25, ingerere, *al.* inuergere.

pag.676, lin.21, nocti tan. *al.* tandem nocti.

pag.679, lin.4, supersticit sicarium, *al.* supersticit sicarium, En, inquit, fid.

pag.680, lin.9, pupula, *al.* pupillas.

pag.683, lin. pen. crapulam, *al.* crapula eum somno.

pag.684, lin.1, incingere, *al.* accingere, lin.3, circa mon. circa, *al.* deest, lin.8, capulum, cap. *al.* capulum Lepolemi propè aff. lin.14, in mei, in, *al.* deest, li.16, est, vt, est, *al.* deest, li.22, transacto, *al.* transfadacto, lin.24, perflauit, *al.* perefflauit, lin.25, propè, *al.* properè, lin. vlt. reddidere, *al.* dedère.

pag.687, lin.9, Hinc, *al.* Hic, lin.14, fugæ se, *al.* fugere comparant, lin.18, seruabat, *al.* peruolat; meo, lin.22, puellos, *al.* pullos

pullos, anseres, hœdos.

pag. 688, lin. 9, etiam, *al.* verò, lin. 18, ob serenitatem, *al.* obseruare, lin. 29, fermè tertiam, *al.* tertiam fermè.

pag. 691, lin. 1, metu præd. *al.* non inscius præd. peric. quàm potui, tur. lin. 12, dum in alt. *al.* dum altum adusque cœlum, lin. 20, subministrabat, *al.* subministrat, lin. 30, circa nos, *al.* contra nos adit. tulerunt.

pag. 692, lin. 5, huiuscemodi, *al.* cuiuscemodi, lin. 14, etiam spect. etiam, *al.* deest.

pag. 695, lin. 5, quam pot. *al.* qua pot. cau. clade.

pag. 696, lin. 1, mulierem, *al.* caput mulieris, lin. 5, domini, *al.* Deum, lin. 9, ac perterritis, *al.* atque obteritis? quas.

pag. 698, lin. 13, inchoatum, *al.* incoactum, lin. 27, adorabat, *al.* adorat. lin. pen. spiculæ, *al.* sepiculæ.

pag. 699, lin. 3, auxilium, *al.* auum, lin. 13, omnes quidem, *al.* totos quidem miseruit, lin. 17, altè alacer, altè, *al.* deest, lin. 19, cecidisset, *al.* decidisset, lin. 23, primo, *al.* primùm, lin. 25, hora, *al.* mora, lin. 29, buxantique, *al.* buxanti pal. lin. vlt. nec vsquam, *al.* nec vllam vsquam.

pag. 700, lin. 4, præmittebatur, *al.* præminabantur, lin. 7, fustibus, *al.* fustibus? Celer. denique.

pag. 703, lin. 3, mihi, *al.* vbi, lin. vlt. cupio, *al.* cupido.

pag. 704, lin. 2, illam max. *al.* maximam illam, lin. 3, diuerteramus, *al.* deuerteramus, lin. 5, extrariæque, *al.* extraneæque, lin. 12, circa, *al.* contra, lin. 19, eius, qui eius, *al.* deest, lin. 20, luxuriæ, *al.* vxori, lin. 21, perlitum, *al.* illitum.

pa. 708, lin. 6, Ibi, *al.* Inibi, lin. 11, vendibiliore, *al.* vendicariores.

pa. 709, lin. 4, meis ætates, *al.* nostris ætatem, lin. 6, putidis, *al.* putridis, lin. 8, plenissimè, *al.* pænissimè, lin. 10, disruptis, *al.* diruptis, lin. 12, instruebat, *al.* construebat, lin. 18, atque adeoque, *al.* Quare vel don. lin. 23, fugiens, *al.* aufugiens, lin. 28, cinædom, *al.* deest, lin. 29, sed cin. sed. *al.* deest.

pa. 714, lin. 2, Cappadocium, *al.* Cappadocum, lin. 8, suis nouit. *al.* sua nouit professione, lin. 20, sed profusus, *al.* sed potius in al. lin. 21, inhabitare, *al.* habitare.

pa. 715, lin. 1, percontaberis, *al.* periclitaberis.

pa. 718, lin. 14, illic, *al.* illinc, lin. 16, mercato, *al.* merceatus, lin. 20, rati, *al.* ratæ.

pa. 723, lin. 3, de mensa, *al.* de mensa. diuisim. lin. 7, me simul, *al.* me, sim. d. conspexit libenter, app.

pagin. 724, linea 3, Hic, *al.* Hæc, linea 5, inclusiati, *al.*

indufiati, lin. 6, faciem, *al. facie*, lin. 7. deliti, *al. delita*, lin. 9, linteis, *al. linteis iniecti*, lin. 17. incitantes, *al. incitante*.

Pag. 729, lin. 1, pererratis, *al. percurfatis*, lin. 5, dentisque, *al. Diſque*, lin. 7, in circ. rot. *al. rotantes in circulum*, lin. 11, difſecat, *al. difſicant*, lin. 15, prorfus quaſi, *al. prorfus*. Quaſi Deum pr.

Pag. 733, lin. pen. puſſam, *al. pauſam*.

Pag. 734, lin. 27, Virginibus, *al. iuguibus*.

Pag. 737, lin. 6, importuno, *al. inopportuno*, lin. 24, exortum, *al. ortum*, lin. 26, prius ſecum, *al. ſecum prius*, lin. pen. ſtramentis, *al. ſtrumentis*.

Pag. 738, lin. 2, extremas conf. mort. *al. extremas conf. mortem*.

Pag. 740, cæteri, *al. & cæteri*, lin. 5, tacentis, *al. iacentis*, lin. 8, planis, *al. plenis*, lin. 10, vbi vir, *al. Inibi*, lin. 11, & eximie dom. reuer. *al. & eximie Deum reu.* lin. 14, exercitus, *al. excitus*, lin. 16, conceptum, *al. conſeptum*.

Pag. 741, lin. 6. domini, *al. Deum*, lin. 9, reſiſciſ, *al. reſiſciſ*.

LIB. IX. ASINI AVREI.

Pag. 744, lin. 9, ac rut. *al. ad rut.*

Pag. 746, lin. 1, aſtuto, *al. aſtulo*, lin. 24, Mytilium, *al. Mityllum* ibid. Epheſtionem, *al. Hephæſtionem*, lin. 29, contracta, *al. contracta*, lin. 30, efferata ſimili, *al. efferari iam ſim.* lin. vlt. huiusce-
modi, *al. cuiuſcemodi*.

Pag. 747, lin. 9, diuertebant, *al. deuertebant*.

Pag. 750, lin. 5, altercari, *al. altercare*, lin. 7, increſcente, *al. in-
quieſcente*, lin. 10, quidam, *al. quadam*, lin. 20, adlibeſcerem, *al. al-
libeſcerem*, lin. pen. priſtinis etiam, *al. etiam priſt.*

Pag. 755, lin. 5, diuertimus, *al. deuertimus*.

Pag. 756, lin. 1, Is, *al. Hic*, lin. 11, etiam tum, *al. etiam tunc*.

Pag. 757, lin. 12, per noctem, *al. & pernox*, lin. pen. ſatia, *al. ſaucia*, lin. vlt. volutatur, *al. voluptatur*.

Pag. 760, lin. 20, diſtraxit add. p. *al. diſtraxit*. Additamento
pretij lætus, lin. 22, tanto præſt. *al. tanto pretio præſt.*

Pag. 761, lin. 6, putetis æs, *al. putas æs*, lin. 13, excalpere, *al. ex-
ſculpere*, lin. 19, demonſt. d. f. *al. digito demonſtrat ſuo* lin. vlt.
profferre, *al. perferre*.

Pag. 764, lin. 6, pro. caſ. *al. pro deeſt*, ibid. euocata, *al. enota-
ta*, lin. 8, hæc, *al. hæc*, lin. 9, * *, incluſa, *al. ſenarij lambici*
duo, lin. 25, ſorti, *al. forti*, lin. pen. corraſerant, *al. contra-
ſerant*.

- pag. 766, lin. 1, *argenti, al. argumenti, lin. 13, cohibentes, eq. al.*
cohibita equ. lin. vlt. domini, al. Deum.
 pag. 767, lin. 14, *caliculum, al. centharu, ibid. domini, al. Deum,*
 lin. 17, *Hæc & alias, al. His, & aliis similibus affaniis frustra blas-*
teratis, lin. 28, etiam frum. al. frumento etiam coem.
 pag. 772, lin. 4, *lauticia, al. lautia.*
 pag. 774, lin. 1, *Hic, al. Hac, lin. 8, indignus, al. indignus, lin. 18,*
intecti, al. iniecti.
 pag. 775, lin. 5, *iumentorio, al. iumentario, lin. 11, tuscenedis, h.*
p. tuscenedis hiulci, pectora cop. lin. 17, veterno, al. veterna, lin. 21,
me tandem trufum, al. iam detrux.
 pag. 781, lin. 3, *iste, al. ille.*
 pag. 782, lin. 2, *confluxerant fl. al. flag. conflux. lin. 9, coniunctis,*
al. confictis, lin. 29, aliquando, al. alioquin.
 pag. 786, lin. 9, *Philestiterus, adol. al. Philestærus & sit semper.*
 pag. 790, lin. 7, *Ad hæc vltima, al. Ad hæc, vltima pist. lin. 10,*
quam mem. quam, al. deest. lin. 21, custodelam, al. custodiam.
 pag. 791, lin. 2, *insuperabilis, al. inseperabilis.*
 pag. 794, lin. 5, *instinctus, al. instriectus, lin. 23, aculeum, al. cuneu,*
 lin. 25, *diffunderet, al. distinderet.*
 pag. 795, lin. 20, *inaudirum, al. mandatum, lin. 24, precium, al.*
precipitium, lin. 25, contingere fal. al. falem cont. lin. 30, præ-
mium, al. precium.
 pag. 800, lin. 2, *Interim, al. Interdum, lin. 4, tunica, al. tunicam,*
 lin. 8, *domini, al. Deum, lin. 22, interans, al. iterans, lin. 29, prehens-*
us, al. deprehensus, lin. 31, iam, al. ac.
 pag. 805, lin. 7, *Nactam, al. naccam, lin. 14, quidem ips. al. ipsum*
quidem, lin. 21, admodum mul. al. multis admodum, lin. 22, cœ-
na iubet par. al. cœnam iubet paratam, lin. 25, contingebat, al.
contigebat.
 pag. 809, lin. 8, *lauti, al. lauati, lin. 13, erat in r. erat. al. deest nœx-*
que cumulum, laciniis circ. suffusa can. lin. 18, Interim, al. In-
terdum.
 pag. 810, lin. 9, *efflantem, al. refflantem, lin. 19, cum, al.*
tunc.
 pag. 815, lin. 1, *cœna, dep. al. cœnam profugerat pr. lin. 4, mu-*
lier, quippini deest. al. mulier. quippini ? deest. lin. 11, perhibere, al.
præbere, lin. 20, optatissimam, al. opportunissimam.
 pag. 816, lin. 1, *lenam, al. scenam, lin. 25, puerum, sequentem ta-*
men: &
 pag. 820, lin. 1, *formosissimus, al. fortissimus.*
 pag. 823, lin. 3, *astutule, al. stultule, lin. 28, postulantibus, al. clamā-*

tibus, *ibid.* respondit, *dom. al.* respondit dominus, *iam, lin. 31, ma-*
lum pe. al. maius *pe. ibid. nisi, al.* nisi.

pag. 824, lin. 9, in quod pridie. al. in quo pridem *den. mcesta,*
atque cri. lin. 21, facere, al. fecit.

pag. 832, lin. 1, qui pago, al. de pago, *lin. 3, madefactus, al.* madef-
cens, lin. 5, diuerterat, al. deuertit, *lin. 19, his, poc. al.* his in poc.

pag. 837, lin. 4, dehiscens, al. dehiscente, *lin. 14, Vifa est, al.* Vifa
etiam interea mustela, & c. attrahentes, lin. 17, exiliuit, al. exsiluit,
lin. pen. & tal. al. ac tal.

pag. 840, lin. 12, factio & pr. factio, al. deest, *lin. vltim. tota, al.*
totum.

pag. 841, lin. 4, vendicabat, al. vindicabat, *lin. 20, totam,*
al. tot.

pag. 842, lin. 6, exiccare, al. exicare, *lin. 7, passib. mor. alu. al.* pas-
siuis mor. annulatos, lin. 16, eos, al. eo.

pag. 847, lin. 7, frustatim, al. sic frust. *lin. 11, leui, al.* læuis, *lin. 14,*
conterere, al. conterrere, *lin. 19, interiisset, al.* interiit, *lin. 29, trans-*
uectum, al. transiectum, *lin. 31, nixus, al.* nilus.

pag. 848, lin. 25, amplexu fort. al. complexu fort. arripuit, *lin. 27,*
librante, al. vibrato.

pag. 849, lin. 9, tremulus, al. ceruleus, *lin. 16, incesso, al.* incesso.

pag. 852, lin. 5, percontatus est, al. percontatur, *lin. 12, perturbat,*
al. proturbat, *lin. 16, ægrè, al.* Græcè, *lin. 18, proximam ciuit. al.* ci-
uitatem proximam, lin. 19, opere, al. operæ.

pag. 853, lin. 6, solet, al. hortulo solet, *lin. 13, simulans quærere,*
al. simulansque ad comm. *lin. 26, frustatim, al.* sua frust.

pag. 858, lin. 4, baculo se, al. baculoque, *lin. 9, istam tunc cladem*
al. istas tunc clades enarrat suas.

pag. 859, lin. 16, nec, al. non.

pag. 862, lin. 4, imploratum: at il. al. implorantium ad il. *lin. 15,*
emersis, al. emensis.

LIB. X. ASINI AVR.

Pag. 865, lin. 13, sed, al. sic, *lin. pen. quæ, al.* quam.

pag. 867, lin. 12, supergresserat, al. supergresserat.

pag. 868, lin. pen. aliquem, al. aliquam.

pag. 872, lin. 1, alterius, al. altius, *lin. 2, rupit. al.* dirupit, *lin. 3, ad-*
uocari, al. ad se vocari, *lin. 4, ne ruboris, al.* scilicet ne rub. *lin. 6,*
ægrè, al. ægræ, *lin. 7, tristitia, al.* tristitie, *lin. 17, secius, al.* sequius,
lin. pen. causam, al. causas.

pag. 873, lin. 2, ad lacrymas, al. ad lacrymans, *lin. 6, tutæ, al.* vitæ
tute, lin. 10, tua causa pereuntis, al. tuæ caræ parentis, *nec.*
lin. 5

- lin. 13, *imaginem, al. imaginem in tuâ facie.*
pag. 875, lin. 5, *leniendam, al. leniendum, lin. 6, & al. deest, lin. 13,*
pag. & ampl. *al. consilio pleniore, ad.*
pag. 878, lin. 2, *deliberant noxij al. noxij delib. lin. 8, continuo*
perd. haustum, al. continuo perd. haustu. qui, vbi. lin. vlt. Illius, al.
Illicò rep.
pag. 879, lin. 12, *missòque prot. curs. al. misitque prot. cursorem,*
lin. 23, *tamen, al. tam.*
pag. 882, lin. 1, *ex sepultura, al. sepulturæ, lin. vlt. cæde, al. nece.*
pag. 883, lin. 9, *prauis, al. paruis.*
pag. 884, lin. 7, *introducitur, al. inducitur, lin. 14, inuexerit,*
al. egerit.
pag. 885, lin. 2, *comperi. al. concepi, lin. 5, suspicionibus, al.*
suspicionibus.
pag. 889, lin. vlt. *æream, al. æneam.*
pag. 890, lin. 21, *me non olim, al. mecum olim.*
pag. 891, lin. pen. *alter, al. frater.*
pag. 893, lin. 1, *corripere, al. corripit, lin. 8, affamias. al. affanias,*
lin. vlt. *accersere, al. arcessere.*
pag. 894, lin. 1, *propter, al. præter, lin. 10. nec, al. vel, lin. 15, circa,*
al. contra, lin. 32, illum, al. illud, lin. pen. efficacem, al. efficax.
pag. 899, lin. 12, *impar, præf. al. impar. præfenti gau. lin. vlt. in-*
strictus, al. obstrictus.
pag. 900, lin. 1, *deportatur, al. porratur.*
pag. 901, lin. 13, *sapientissimis, al. sapidissimis, lin. 18, domini*
reg. pl. al. dominis reg. pl. pererrantibus, var. lin. 22, beniuolam,
al. benignam.

UNIVERSITY OF
MADRID
PHILOSOPHY

1900

UNIVERSITY OF MADRID
PHILOSOPHY



UNIVERSITY OF MADRID
PHILOSOPHY

L. A P V L E I

M A D A V R E N S I S

P H I L O S O P H I

P L A T O N I C I

Operum

T O M U S A L T E R .

Qui quæ contineat, pagina proxima indicatur.

*Additus est rerum & verborum index
accuratissimus.*



L V G D V N I ,

I N O F F I C I N A

Hug. à Porta, Sumpt. Io. de Gabiano & S. Girard.

c l o . l o c i v .

- Floridorum Libri IIII.*
De dogmate Platonis Liber I.
De Philosophia, siue de Deo Socratis, Liber I.
Apologia, siue Orationes duæ pro seipso.
De mundo, siue Cosmographia, Liber I.
De medicaminibus herbarum Liber I.
Mercurij Trismegisti Asclepius, de voluntate Dei, L.
Apuleio interprete Liber I. in Basiliensi editione præ-
termisus, à nobis ex Aldina repositus.
De Syllogismo categorico Liber I. olim à Sichardo sepa-
ratim editus.
Godescalci Stheuuechy Heusdani in L. Apuleij, opera o-
mnia questiones & coniectura.
Aliquot doctorum virorum in L. Apuleium emendatio-
nes, & varia ex manuscriptis exemplaribus lectiones.



IN OFFICINA
 L. G. D. N. A.

Hic est exemplar de Godefrido & S. Godefrido

1714



L. APVLEII MADAV-
RENSIS PHILOSOPHI
PLATONICI FLO-
RIDORVM
Liber I.

Vermè religiosis viantium moris est, cum aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus in via oblatuſ est, votum postulare, *portum apponere, paulisper assidere: ita mihi ingresso sanctissimã istam ciuitatẽ, quanquã oppido festine, præfanda venia, & habenda oratio, & inhienda properatio est. Neq; enim iustius religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel *enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus. Parua hæc quippe, & quanquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus transcurſa. At non itidem maior meus Socrates. Qui cum decorum adolescentem, & diutule tacentem conspiciatus foret: Vt te videam (inquit) aliquid *eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie & animi obtutu considerandos. Nec ista re cum Plantino milite congruebat, qui ita ait: Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. Imò ennuero hunc ver-

sum ille ad examinandos homines conuerterat: Pluris est
 auritus testis vnus, quàm oculati decem. Ceterum si magis
 pollerent oculorum quàm animi iudicia, profectò de sa-
 pientia foret aquila concedendum. Homines enim neque
 longule distita, neque proximè ad sita possumus cernere: ve-
 rum omnes quodammodo * cacutimus: ac, si ad oculos, &
 obtutum istum terrenum redigas, & hebetem, profectò ve-
 rissime poeta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos
 * offusam, non cernere nos nisi intra lapidis iactum vale-
 re. Aquila enim uerò cum se nubium tenuis altissimè subli-
 manit, euecta alis, totum istud spatium quò pluitur & nin-
 gitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est,
 in ipso (ut ita dixerim) solo aetheris & fastigio hyemis:
 cum igitur eò sese aquila extulit, nutu elementi leuorsum,
 vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas a-
 las quò libuit aduertens, modico cauda gubernaculo, inde
 cuncta despicens, ibidem * pennarum eminus indefessa
 remigia, ac paulisper contabundo volatu penè eodem loco
 pendula circumtuetur, & querit quorsus potissimum in
 predam supernè sese ruat fulminis vice: de caelo impro-
 uisa simul campis pecua, simul montibus feras, simul ho-
 mines urbibus, vno obtutu sub eodem impetu cernens, un-
 de rostro transfodiat, unde unguibus inuincet, vel agnum
 incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcunque e-
 sui animatum vel * laniatum fors obtulit. Hyagnis fuit
 (ut fando accepimus) Marsya tibicinis pater & magi-
 ster, rudibus adhuc musicae seculis, solitus ante alios can-
 tus canere. Nondum quidem iam * infessa anima sono,
 nec tam pluriformi modo, nec tam multiformi tibia: quip-
 pe adhuc ars ista repertu nouo commodum oriebatur,
 nec quicquam omnium est, quod post in primordio sui
 perfici: sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum,
 quam rei experimentum. Prorsus igitur ante Hyagnim
 nihil

nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus opilio
seu bubequa,

Seridenti miserum stipula disperdere carmen.
Quod si quis videbatur paulo largius in arte promouisse,
ei quoque tamen mos fuit una tibia, velut una tuba perso-
nare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit:
primus duas tibias vno spiritu animauit: primus lenis &
dextris foraminibus acuto tinnitu & graui bombo concen-
tum musicum miscuit. Eo genus Marsyas, cum in arti-
ficio patrissaret tibicini, Phryx caetera, & barbarus, vultu
ferino trux, hispidus, * multibarbus, spinis & pilis obsitus,
fertur (proh nefas) cum Apolline certauisse, * turpis cū de-
coro, agrestis cum erudito, belua cum Deo, Muse cum Mi-
nerua dissimulamenti gratia iudices astiterere, ad deriden-
dam scilicet monstri illius * barbariam, nec minus ad stoli-
ditatem puniendam. Sed Marsyas, quod stultitiae maximū
specimē est, non intelligēs se deridiculo haberi, priusquam
tibias occiperet inflare, prius de se & Apolline quaedam
deliramenta barbarē effutit: laudans sese, quod erat &
comae relicinns, & barba squalidus, & pecciore hirsutus, &
arte tibicen, & fortune egenus. Contra Apollinem (ridi-
culum dictu) aduersis virtutibus culpabat: quod Apollo
esset * & intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus, &
arte multiscius, & fortuna opulentus. Iam primum, in-
quit, crines eius promulsis antiis, * promulsis caproneis an-
teuentuli & prae penduli, corpus totum gratisimum mem-
bra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione, seu versibus
malis, vtroque facundia equiparari. Quid, quod &
vestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? Quid,
quod & lyra eius aereo fulgurat, ebore candicat, geminis
variecat? Quid, quod & doctissime & gratissime cantil-
lat. Haec omnia, inquit blandimenta nequaquam virtuti
decora, sed luxuria accommodata, circa corporis sui quali-
tatem praese maximam speciem ostentare. Risere Muse,

cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini obiectata: & tibicinem illum certamine superatum, velut vrsum bipedem, corio execto, nudis & laceris visceribus reliquerunt. Ita Marsyas in poenam cecinit, & cecidit. Enimvero Apollinem tam humilis victoriae puditum est. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis vucula melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles *Aeolium simplex*, seu *Asium varium*, seu *Lydium querulum*, seu *Phrygium religiosum*, seu *Dorium bellicosum*. Is igitur cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil aequè se laborare, & animo angere & mente dicebat, quam quòd monumentarij* choraulæ, tibicines dicerentur. Sed ferret aequo animo hanc nominum communionem, si mimos spectauisset. Animaduertit et illic penè simili purpura alios praesidere, alios vapulare. Itidem si munera nostra spectaret. nam illic quoque videret hominem praesidere, hominem depugnare: togam quoque parari & voto & funeri: item pallio cadauera operiri, & philosophos amicitari. Bono enim studio in theatrum conuenistis: ut qui sciatis, non locum auctoritatem derogare orationi, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus est, riseris: si funereus, timueris: si comædia est, faueris: si philosophus, didiceris. Indis gens populosa cultoribus, & finibus maxima, procul a nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, & solis exortus primis sideribus, ultimis terris, super Aegyptios eruditos, & Iudaeos superstitiosos, & Nabathaeos mercatores, & fluxos vestium Arfacidas, & frugum pauperes *Scythicos, & odorum diuites Arabas. Eorum igitur ludorum non aequè miror eboris strues, & piperis messes, & cinnami merces, & ferri temperacula, & argenti metalla, & auri fluentia: nec, quòd Ganges apud eos vnus omnium annuum maximus,

Eois regnator aquis in flumina centum
 Discurrit, centum valles illi, oraque centum,
 Oceanique fretis centeno iungitur amni.

Nec, quod iisdem Indis ibidem sitis ad nascentem diem,
 tamen in corpore color noctis est. Nec, quod apud illos im-
 mense dracones cum immanibus elephantis, pari pericu-
 lo in mutuam perniciem concertant. Quippe lubrico vo-
 lumine indeptire uinciunt, & illis expedire gressum ne-
 quientibus, vel omnino abrumpere tenacissimorum ser-
 pentium squameas pedicas, necesse sit ultionem à ruina
 molis suae petere, ac retentores suos toto corpore oblide-
 re. Sunt apud illos & varia colentium genera. * Liben-
 tius ego de miraculis hominum, quam naturae differuerim.
 Est apud illos gens, quae nihil amplius quam bubulcitare
 nouere: idque ad cognomen illis Bubulcis inditum. Sunt
 & mutandis mercibus callidi, & obeundis praeliis stre-
 nuu, vel sagittis eminus, vel ensibus cominus. Est prae-
 terea* genus apud illos praestabile, Gymnosophista uocantur.
 Hos ego maxime admiror: quod homines sunt periti, non
 propagandae uitis, nec inoculandae arboris, nec proscinden-
 di soli. Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare,
 vel equum domare, vel taurum* subigere, vel ouem vel ca-
 pram tondere vel pascere. Quid igitur est? Vnum pro-
 his omnibus norunt: sapientiam percolunt, tam magistri se-
 nes quam discipuli* iuniores. Nec quicquam* aequè pe-
 nes illos, quam quod corporem animi & otium oderunt. I-
 gitur ubi mensa posita, priusquam edulia apponantur, o-
 mnes adolescentes ex diuersis locis & officijs ad dapem
 conueniunt. Magistri perrogant, quod factum à lucis
 ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius se commemo-
 rat inter duos arbitrum delectum, sanata similitate, re-
 conciliata gratia, purgata suspitione, amicos ex infen-
 sis reddidisse: * iisdem alius, sese parentibus quidpiam
 imperantibus obedisse: & alius, aliquid meditatione sua

reperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Denique
 * & ceteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur
 prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Alexan-
 dro illi, longè * omnium excellentissimo regi, cui ex reb.
 actis & auctis cognomentum * Magni inditum est, * ne vir
 unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur.
 Nam solus à condito auro, quantum hominum memoria ex-
 rat, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior
 fuit: successusq; eius amplissimos & pronocavit ut strenuus,
 & equiparavit ut meritis, & superavit ut melior: solus-
 que sine emulo clarus, adeò ut nemo eius audeat vel spe-
 rare virtutem, vel optare fortunam. Eius igitur Alexan-
 dri multa sublimia facinora, & præclara edicta fatigaberis
 admirando, vel belli ausa, vel domi prouisa: quæ omnia ag-
 gressus est meus Clemens, eruditissimus & suauissimus
 poetarum, pulcherrimo carmine illustrare. Sed * in primis
 Alexandri illud præclarum, quòd imaginem suam, quò
 certior posteris proderetur, noluit à multis artificibus vul-
 gò contaminari: sed edixit uniuerso orbi suo, ne quis ef-
 figiem regis temerè assimularet ære, colore, calamine:
 quin * ipse solus eam Polyclethus ære duceret, solus Apel-
 les coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles calamine ex-
 cuderet. Præter hos tres, multò nobilissimos in suis arti-
 ficiis, si quis uspiam reperiretur alius sanctissimi imagi-
 ni regis manus admolitus, haud secus in eum quàm in sa-
 crilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum,
 solus Alexander ut ubique imaginum summus esset: uti-
 que omnibus statuis & tabulis & toreumatis idem vigor
 acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, ea-
 dem forma viridis inuenta, eadem gratia relicinae frontis
 cerneretur. Quod utinam pari exemplo Philosophia edi-
 ctum valeret, ne * quis imaginem eius temerè assimularet,
 uti pauci boni artifices, iidem probè eruditi, omnisariam
 sapientia studium * contemplantur: neu rudes, sordidi,
 impe-

imperiti pallio tenus philosophos imitarentur, & disciplinam regalem tam ad bene dicendum, quam ad bene viuendum repertam, malè dicendo, & similiter viuendo contaminarent. Quod utrunque scilicet perfacile est. Qua enim facilius res, quam lingua rabies, & utilitas morum: alter ex aliorum contemptu, alter ex sui? Nam viliter semetipsum colere, sui contemptus est: barbarè alios insectari, audientium contumelia est. An non summam contumeliam vobis imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui vos existimat mala, & vitiosa verba non intelligere: aut si intelligatis, boni consulere? Quis ex rupiconibus, bautilis, tabernariis tam infans est, ut si pallium accipere velit, disertis maledicat? Hic enim plus tibi debet, quam dignitati: quanquam nec hac illi sit cum aliis promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, & ex his consularibus pauci boni, & adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed, ut loquar de solo honore, non licet insignia eius vestitu vel calciatu temerè usurpare. Si quis forte in hoc pulcherrimo caetu, * & illis inuisoribus meis, malignus sedet (quoniam in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obrectare malint, quam imitari: & quorum similitudinem desperent, * eorundem affectent similitatem: scilicet * ut qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant.) Si qui igitur ex illis libitinis splendidissimo huic auditorio velut quaedam macula sese immiscuit, velim paulisper suos oculos per hunc incredibilem concessum circumferat: contemplatis vobis frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam * visitata est, repute cum animo suo, quantum periculum conseruanda existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit: cum sit arduum & oppidò difficile, vel modica paucorum expectationi satisfacere: praesertim mihi, cui & ante parta existimatio, & vestra de me benigna presumptio.

nihil

vilitas

concessum

nihil non quicquam finit diligenter ac de summo pectore
 hifcere. Quis enim vestrum unum mihi solæcismum igno-
 uerit? Quis vel unam syllabam barbarè pronunciatam
 donauerit? Quis incondita & vitiosa verba temerè, quasi
 delirantibus oborientia, permiserit blaterare? Quæ tamen
 alijs facile, & sanè meritissimo ignoscitis. Meum vero u-
 numquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensicu-
 latis, ad limam & lineam certam redigitis, cum torno &
 cothurno iterum comparatis: tantum habet * utilitas excu-
 sationis, quantum dignitas difficultatis. Agnosco igitur dif-
 ficultatem meam, nec deprecor quin sic existimetis. Necta-
 men vos parua quadam & praua similitudo falsos animi
 habeat: quoniam quedam (ut saepe dixi) palliata mendica-
 bula obambulant. Præco cum proconsule, & ipse tribunal
 ascendit, & ipse rogatus illis videtur, & quidem perdis-
 stat, aut ambulat, aut plerunque contentissime clamitat. E-
 nim uerò ipse proconsul moderata voce rærenter & sedens
 loquitur, & plerunq; de tabella legit. Quippe præconis vox
 garrula ministerium est, proconsulis autem tabella senten-
 tia est: quæ semel lecta, neque augeri litera una, neq; au-
 tem minui potest: sed utcunq; recitata est, ita prouincia in-
 strumento refertur. Patior & ipse in meis studijs aliquam
 pro meo captu similitudinem. Nā quodcunq; * protuli ad
 vos, excerptum illico & lectum est: nec reuocare illud, nec
 ante mutare, nec emendare mihi inde quicquā licet. Quo
 maior religio dicendi habenda est: & quidem non in uno
 genere studiorū: * plurima enim mea extant in Camænijs,
 quam Hippie in opificijs operibus. Quid istud sit, animo
 attendatis diligentius, & accuratius disputabo.

 FLORIDORVM LIB. II.

VT * Hippias e numero sophistarum est artium mul-
 titudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus:
 et as

etas illi cum Socrate, patria vel genus ignoratur: gloria ve-
 ro magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria
 excellens, studia varia, emuli multi. Venit Hippias iste
 quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu vi-
 sendus, quàm elaboratu mirandus. Omnia secum, quæ ha-
 bebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confece-
 rat: & indumenta quibus indutus, & calciamenta quibus
 erat inductus, & gestamina quibus erat * conspicuus. Ha-
 bebat induui ad corpus tunicam interulâ tenuissimo tex-
 tu, triplici licio: purpura duplici: ipse eam sibi solus domi
 texuerat. Habebat cinctui balteum, quod genus pictura
 Babylonica, miris coloribus variegatum: nec in hac eum o-
 pera quisquam adiuuerat. Habebat amictui pallium
 candidum, quod superne circumiecerat. Id quoque pal-
 lium cooperatoris ipsius laborem fuisse. Etiam, pedum te-
 gumenta, crepidas sibi met compegerat, & anulum in leua
 aureum faberrimo signaculo, quem ostentabat. Ipse eius
 annuli & orbiculum circulauerat, & palam clauserat, &
 gemmam in sculpserat. Nondum omnia eius commemorare
 ui, etenim non pigebit me commemorare, quod illum non
 puduit ostentare: qui magno in cœtu predicauit, fabri-
 catum semet sibi ampullam quoque oleariam, quam gesta-
 bat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate:
 iuxtaque honestam strigileculam, recta * fastigatione clau-
 sula, flexa tubulatione ligule, ut & ipsa in manu capulo
 moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur. Quis * tum
 non laudauit hominem tam numerosa arte multiscium? tot
 iugi scientia magnificum? tot utensilium peritia Deda-
 lum? Quin & ipse Hippiam laudo: sed ingenij eius sæcū-
 ditatem malo doctrine, quàm supellectilis multiformi in-
 strumento emulari. Fateorq; me sellularias quidem arteis
 minus callere, vestem de texterna emere, baxeas istas de
 suterna prestinare: enim uerò annulus nec gestare, gemmā &
 aurū iuxta plumbū & lapillos nulli estimare: strigilem &

ampullā, ceteraq; balnei vtēfilia nūdinis mercari. Pro rō
 enim nō eo inficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec tor
 no, nec id genus ferramenta uti nosse: sed pro his praopta
 re me fateor, uno chartario calamo me reficere poemata o
 mne genus, apta virgā, lyra, socco, cothurno item satyras, ac
 * gryphos: item historias varias rerum, nec non orationes
 laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philosophis:
 atque haec & alia eiusdem modi tam Græcè quàm Latine
 gemino voto, pari studio, simili stilo. Quæ utinam possem
 quidem non * singulatim ac discretim, sed cunctim & coa
 cernatim tibi proconsul, vir optime, offerre, ac pradicabili
 testimonio ad omnem nostram Cæciliam frui: non hercule
 penuria laudis, quæ mihi dudum integra, & florens per o
 mneis antecessores tuos ad te reservata est: sed quoniam
 nulli me probatiorem volo, quàm quem ipse ante omneis
 meritò probo. * Sic enim natura comparatum est, ut eum
 quem laudes, etiā ames: porro quem ames, * laudari te ab
 illo velis. Atque ego me dilectorem tuum profiteor: nul
 la tibi priuatim, sed omni publicitūs gratia obstrictus. Ni
 hil quippe à te impetraui, quia nec postulavi. Sed philoso
 phia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiā
 maleficium: magis quæ indicio impertire, quàm commodo
 inferuire: & quod in commune expediat malle, quàm quod
 mihi. Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego stu
 dium. * Idque facere adorsus sum, * dum moderationem
 tuam in prouincialium negotijs contemplar, qua efflicim
 amare te debeant, experti propter beneficium, expertes pro
 pter exemplum. Nam & beneficio multis commodasti, &
 exemplo omnibus profuisti. Quis enim à te non amet dis
 cere, quānam moderatione obtineri queat tua ista gratia,
 vita iocunda, mitis austeritas, placida constantia, blandis
 que vigor animi? Neminem proconsulum, quod sciam,
 prouincia Africa magis reuerita est, minus verita: nullo,
 nisi tuo anno, ad coercenda peccata plus pudor quàm ti
 mor

mor valuit. Nemo te alius pari potestate sepius profuit,
 rariùs terruit: nemo similiorem virtute filium adduxit.
 Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit. Nam
 etiam eo tempore quo prouincias circumbas, manente no-
 bis Honorino, minus sensimus absentiam tuam, quàm ut
 te magis desideraremus. Paterna in filio equitas, senilis
 in iuvene prudentia, consularis in legato authoritas. Pro-
 fus omnis virtutes tuas ita effingit ac representat, ut me-
 dius fidius admirabilior esset in iuvene, quàm in te par-
 ta laus, nisi eam tu talem dedisses: qua utinam perpetuò
 liceret frui! Quid nobis cum istis proconsulum vicibus?
 Quid cum annis breuibus, & festinantibus mensibus? O
celeres honorum hominum dies! O presidum optimorum ci-
 tata curricula. Iam te, Seueriane, tota prouincia desidera-
 mus. Enimuerò Honorinum & honos suus ad praturam
 vocat, & fauor Cesarũ ad consulatũ format, & amor noster
 impræsentiarum tenet, & spes Carthaginis in futurum spon-
 det: uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mitti-
 tur, proconsul ad nos citò reuersurus est. * Sol, qui candem-
 tem feruido cursu, atque equis flammam citatis feruide
 ardore explicas: itẽque luminis eius Luna discipula, nec
 non quinque ceteræ vagantium potestates: Iouis benefica,
 Veneris voluptifica, pernix Mercurij, pernicioza Satur-
 ni, Martis ignita. Sunt & alia mediæ Deũm potestates,
 quas licet sentire, non datur cernere: ut Amoris, cetero-
 rũque id genus, quorum forma* non visitata, vis cognita.
 Quæ item in terris, utcunq; prouidentie ratio poscebat,
 alibi montium vertices arduos extulit, alibi camporum
 supinam planiciem coequauit. Item quæ ubiq; distin-
 xit amium fluores, pratorum virores. Item dedit vola-
 tus auibus, volutus serpentibus, cursus feris, gressus ho-
 minibus. Pariter enim, ut qui herediolum sterilem, &
 agrum scruposum, meras rupinas, & senticeta miseri col-
 lant: quoniam nullus in te quis suis fructus est, nec ubi

lam illic aliam frugem vident, sed infelix lolium & steriles dominantur avena: suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, & vicinorum flores decerpunt, scilicet ut eos flores carduis suis misceant. Ad eundem modum, qui sua virtutis sterilis est. Psittacus avis, India avis est: instar illi minimò minus quam columbarum, sed nec colorum columbarum. non enim lacteus ille, vel lividus, vel utriusque subluteus, aut sparsus est: sed color psittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quòd sola ceruice distinguitur. Enimverò ceruicula eius circulo mineo, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur & coronatur. Rostrum prima duritia. Cum in petram quampiam concitus altissimo volatu precipitat, rostro se velut anchora excipit. Sed & capiti eadem duritia, quæ rostro. Cum sermonem nostrum cogitur emulari, ferrea clavicula caput inditur, imperium magistri ut persentiscat: hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus usque ad duos ætatis suæ annos, dum facile os uti conformetur, cum tenera lingua uti conubretur. Senex autem captus & indocilis est, & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui vescitur: & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium. Quòd eius lingua latior quam ceteris avibus, eò facilius verba hominis articulantur, patientiore plectro & palato. Id verò quod dicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes. Nam quidem si videas, idem conari, non eloqui. Verum enimverò & corvus & psittacus nihil aliud quam quod didicerunt pronunciant: Si convicia docueris, conviciabitur diebus ac noctibus. perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit, demò reperit eandem canilenam. Si carere convicio velis, lingua excidenda est.

est, aut quamprimum in sylvas suas remittendus* est. Non enim mihi philosophia id genus orationis largita est, ut natura quibusdam auibus breuem & temporarium tantum commodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter se vario tempore & vario modo occinunt & occipiunt carmine: scilicet galli expergifico, bubones gemulo, ulule querulo, noctua intorto, cicada obstrepero, hirundines perarguto. Sedenim philosophia ratio & oratio tempore iugis est, & auditu venerabilis, & intellectu utilis, & modo* omni cana. Hæc atque hoc genus alia partim cum audiret à Diogene Crates, alias sibi ipse suggereret, denique in forum exiit, rem familiarem abiecit, velut onus stercoris, magis labori quam vsui. Dein coetu facto* maximum exclamat: Crates, inquit, Crates te manumittes. Exinde non modo solus, verum nudus & liber omnium, quoad vixit, beatè vixit. Adeoque is cupiebatur, ut virgo nobilis, spretis iunioribus ac ditioribus procis, ultrò eum sibi optauerit. Cùmque intrascapulum Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, peramque cum baculo & pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse puella profueretur, eamque formam quam viderat: proinde sedulo consulere, ne post querela eam caperet. enimvero Hipparche conditionem accipit. Iam dudum sibi prouisum satis, & satis consulunt respondit: neque ditiozem maritum, neque formosorem vsquam gentium posse inuenire. proinde duceret, quò liberet. Dux Cynicus in porticum ibidem in loco celebri, coràm luce clarissima accubuit: coramque virginem imminuisset, paratam* constantia, ni Zeno procinctu palliastri, circùstantis coronæ obtutu, magistrum in secesso defendisset. Samos Icario in mari modica insula est: exaduersum Milotos, ad occidentem eius sita, nec ab ea

multo pelagi* dispicitur. Vtrumvis clementer navigātem,
 dies alter in portu sistit. Ager frumento piger, aratro irri-
 tus, fecundior oliueto, nec vinitori nec olitori scalpitur.
 Ruratio omnis in sarculo & surculo: quorum proventu ma-
 gis fructuosa insula est, quam frugifera. Ceterum & inco-
 lis frequens, & hospitibus celebrata. Oppidum habet
 nequaquam pro gloria: sed quod fuisse amplum, semixuta
 moenium multifariam indicant. Enimvero sanum Iuno-
 nis antiquitas famigeratum. Id sanum secundo litorē, si
 recte recordor, viam viginti haud amplius stadia oppido
 abest. Ibi donarium Deae perquam opulentum: plurima
 auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hu-
 iusmodi utensilibus. Magna etiam vis eris, vario ef-
 figiati, veterrimo & spectabili opere. Vel* tamen ante a-
 ram Bathylli statua à Polycrate tyranno dicata: qua nihil
 videor effectius cognouisse. Quidam Pythagorae eam
 falso existimant. Adolescens est, visenda pulchritudi-
 ne, crinibus fronte paruli separata per malas* reuulsus.
 Ponē autem coma prolixior interlucentem ceruicem sca-
 pularum sinibus obumbrat. Ceruix succi plena, mala u-
 beres, gena teretes, ac modico mento* iaculatur, eique
 prorsus citharædicus status, Deam conspiciens canenti si-
 milis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deie-
 ctus ipsos, Graecanico cingulo,* chlamyde velat utrun-
 que brachium adusque articulos palmarum. Cetera de-
 coris instrumentis dependent. Cithara baltheo* calata,
 apta structim sustinetur. Manus eius* tenera proce-
 rule laeva distantibus digitis nervos molitur. Dextra psal-
 lentis gestu* suo labulum citharæ admouet, ceu parata
 percutere. Cum vox in cantico interquieuit, interim
 canticum videtur ore tereti semibiantibus in conatula-
 bellis eliquare. Verum hac quidem statua esto cuiuspiam
 puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Te-
 rium amicitiae gratia cantillat. Ceterum multum abest Py-
 thagora

thagora philosophi statuam esse. & natu Samius, & pul-
 chritudine apprime insignis, & psallendi musicæque omnis
 multo doctissimus, ac ferme id eui quo Polycrates * Samū
 potiebatur. Sed haudquaquam philosophus, tyranno dile-
ctus est. Quippe eo commodum dominari orso, profugit ex
 insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper a-
 misso: quem * comperior inter sellularios artifices, gemmis
 faberrime sculpendis, laudem magis quam opem quassisse.
 Sunt qui Pythagoram aiunt eò temporis inter captiuos
 Cambysæ regis, Egyptum cum adueheretur, doctores ha-
 buisse Persarum Magos, ac præcipue Zoroastrem, omnis
 diuini arcanum artifitem: posteaque eum à quodam Gil-
lo Crotoniensium principe recuperatum. Verumenimvero
 celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Egyptias disci-
 plinas: atque ibi à sacerdotibus ceremoniarum increden-
 das potentias, numerorum admirandas vices, geometriæ
 solertissimas formulas didicisse: * sed nec his artibus ani-
 mi expletum, mox Chaldaeos, atque inde Brachmanas. Hi
 sapientes viri sunt, India gens est: eorum ergo Brachma-
 num Gymnosophistas adisse. Chaldaei sideralem scientiam,
 numinum vagantium status, ambitus, utrorumque varios
 effectus in genituris hominum ostendere: nec non medendi
 remedia mortalibus, latis pecunijs, terra coeloque & mari
 conquisita. Brachmanæ autem pleraque philosophia eius
 contulerunt, quæ mentium documenta, * quàm corporum
 exercitamenta, quot partes animi, quot vices vitæ, quæ
 Dijs manibus pro merito suo cuique tormenta vel præmia.
 Quin etiam Pherecydes * Syrio ex insula oriundus, qui
 primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est
 * passim verbis, soluto loquutu, libera oratione. Eum quo-
 que Pythagoras magistrum coluit, & infandi morbi putre-
 dine in serpentium * scabiem solutum religiosè humanit.
 Fertur & penes Anaximandrum Milesium naturabilia
 commentatus: nec non & Cretensem Epimenidem * inclitis

fatiloquum, & Platonem disciplina gratia sectatus: itém-
 que Leodamantem, Creophili discipulum, qui Creophilus
 memoratur poeta Homeri hospes & amulator canendi
 fuisse. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multijugis
 comitibus disciplinarum, toto orbe haustus, vir præsertim
 ingenio ingenti, ac profectò supra captum hominis animi
 angustior, primus philosophia nuncupator & * creditor,
 nihil prius discipulos suos docuit quam tacere: primaque
 apud eum meditatio, sapienti futuro linguam omnem coër-
 cere: verbaque, quæ volantia poète appellant, ea verba
 detractis pinnis, intra murum candentium dentium pre-
 mtere. Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiæ rudi-
mentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Non in
 totum enim tamen vocem desuescebant, nec omnes pari
 tempore elingues magistrum sectabantur: sed grauioribus
 viris breui spatio satis videbatur taciturnitas modificata.
 Loquaciores enim uerò fermè in quinquennium velut exi-
 lio vocis puniebantur. Porro noster Plato nihil ab hac se-
 cta, vel paululum denius, Pythagorissat. In plurimis æque
 & ipse in nomen eius à magistris meis adoptatus, utrun-
 que meditationibus Academicis didici: & cum dicto est
 opus, impigrè dicere: & cum tacito opus est, libèter tacere.
 Qua moderatione videor ab omnibus tuis antecessoribus
 baud minus opportuni silentij laudem, quam tempestiua
 vocis testimonium consecutus.

FLORIDORVM LIB. III.



Riusquam vobis occipiam, princeps * Augusti
 gratias agere, ob statuam quam mihi presenti
 honestè postulastis, & absenti benigne decreu-
 istis, prius volo causam vobis allegare, cur ali-
 quam multos dies à conspectu auditorij absuerim, contule-
 rimque me ad Persianas aquas, gratissima prorsus & sa-
 nis natabula, & ægris medicabula. Quippe ita institui
 omne

omne vita mea tempus vobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: * nihil tantulum faciam, quin eius vos & gnaros & iudices * habeam. Quid igitur derepentinò ab hoc splendidissimo conspectu vestro distulerim, exemplū eius rei paulo secus simillimū memorabo, quā improuisa pericula hominibus subito oboriantur, de Philemone comico. De ingenio eius qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. An etiam de ingenio pauca vultis? Poëta fuit hic Philemon, mediae comediae scriptor, fabulas cum Menandro in scena dictauit, certauitque cum eo: fortasse impar, certè amulus. Namque eum * & vicit saepenumero, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepidè inflexa, agnatos lucidè explicatos, personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes: ioca non infra soccū, seria non vsque ad cothurnum: rara apud illum corruptela, & uti errores concessi amores. Nec eo minus & leno periurus, & amator feruidus, & seruulus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens, & patrius obiurgator, & sodalis opitulator, & miles preliator. Sed & parasiti edaces, & parentes tenaces, & meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, fortè recitabat partem fabulae, quam recens se cerat. Cūque iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret, imber repentinò coortus, ita ut mihi ad vos venit vsus nuperrimè, differri auditorij coetum & auditionis coeptum coëgit. Reliquum * tum vanis postulantibus, sine intermissione deinceps die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingēs hominum frequentia conuenere: sese quisque ex aduersum quam proximè collocat. Serus adueniens amicus, annuit locum sessui impertiunt. extimus quisque excuneati queruntur. facto toto theatro, ingens stipatio. occipiunt inter se queri. Qui non assuerant, percontari antè dicta: qui assuerat, recordari audita: cunctisque iam prioribus gnaris,

*sequentia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad
 conditum venire. Quidam tarditatem poëtae murmurari,
 plures defendere. Sed ubi diutius equo sedetur, nec Phile
 mon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui * acci
 perent. atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt.
 Commodum ille anima edita obriguerat: iacebatque * in
 cubans toro, similis cogitanti. Adhuc manus volumini im
 plexa, adhuc os recto libro impressum: sed enim iam ani
 ma vacuus, libri oblitus, & auditorij securus. Stetero pau
 lisper qui introierant, perculsi tam inopinata rei, tam for
 mose mortis miraculo. Deinde regressi ad populum, renun
 tiauerunt, Philemonem poëtam, qui expectaretur, qui in thea
 tro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam
 consummasse. Enimvero iam dixisse rebus humanis Vale
 re & Plaudere: suis vero familiaribus, dolere & plan
 gere. Hesternum illi imbrem lacrymas auspicasse: comoe
 diam eius prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem
 venisse. Proin quoniam poëta optimus personam vite de
 posuerit, recta de auditorio eius exequias eundum: legen
 da eius esse nunc ossa, mox carmina. Hac ego ita facta, ut
 commemoravi, olim didiceram. Sed audies me, meo pericu
 lo recordatus. Nam, ut meministis, profectio cum impedita
 esset imbri recitatio, in propinquum diem, vobis volenti
 bus, protuli, & quidem Philemonis exemplo: * plenissime
 quippe eodem die in palestra adeo vehementer talum in
 uerti, ut minimum absuerim, quin articulum etiam à cru
 re defringerem. tamen articulus loco concessit, exque eo lu
 xu adhuc fluxus est: & iam dum eum ingenti plaga recon
 silio: iamiam * sudore affatim corpore diuile obrigui. Inde
 acerbis dolor intestinorum coortus, modico ante sedatus
 est, quam me denique violentus exanimaret, & Philemo
 nis ritu compelleret ante lethum abire, quam lectum: po
 tius implere fata quam fanda, consummare potius anima
 quam historiam. Cum primum iouitur apud Persianas
 aquas*

aquas, leni temperie, nec minus utili quàm blando fomen-
 to gressum recuperavi, nondum quidem ad inuitendum ido-
 nee, sed quantum ad vos festinanti satis videbatur, venie-
 bam redditum quod pepigeram: cum interim vos mihi be-
 neficio vestro non tantum claudicantem dempsistis, verùm
 etiam pernicitatem addidistis. An non properandum mi-
 hi erat, ut pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro
 quo nullas preces dixeram? Non* quia magnitudo Cartha-
 gnis mereatur etiam* à philosopho precem pro honore: sed
 ut integrum & intemeratum vestrum esset beneficium, si
 nihil ex gratia eius petitio mea defregisset: id est, ut usque-
 quaque esset gratuitum. Neque enim aut leui mercede e-
mit qui precatur, aut paruum pretium accipit qui rogatur:
adeo ut omnia utensilia emere* potius velis, quàm roga-
re. Id ego arbitror precipue in honore obseruandum: quem
qui laboriosè exorauerit, sibi debet unam gratiam quod
impetrarit. Qui verò sine molestia ambitus adeptus est,
duplam gratiam praebeantibus debet: & quod non petierit,
& quod acceperit. Duplam igitur gratiam vobis debeo: i-
mo enim uero multijugam. Quam ubique equidem & sem-
per praedicabo: sed nunc in praesentiarum libro isto ad hunc
honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publicè protestabor.
 Certa est enim ratio, quae debeat philosopho, ob decretam,
 sibi publicè statuam, gratias agere: à qua paululum demu-
 tauit liber, quem Strabonis Emiliani excellentissimus
 honor flagitat: quem librum sperabo me commode posse con-
 scribere: scitis eum hodie nobiscum probare. Est enim in
 studijs tantus ut praenobilior sit proprio ingenio, quàm pa-
 tricio consulatu. Quibusnam verbis tibi, Emiliane Stra-
 bo, vir omnium qui unquam Numantiae* fuere, aut sunt,
 aut etiam erunt, inter optimos clarissime, & inter clarissi-
 mos optime, inter utrosque doctissime? quibus tandem ver-
 bis pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus es, com-
 memoratu meo? Qua digna ratione tam honorificam be-

nignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti equiparem, nondum hercle reperio. Sed quæram sedulo, & conitar. Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. Nam nunc in presentiarum (neque enim dissitebor) letitia facundia obstrepit, & cogitatio voluptate impeditur: ac mens occupata delectatione, mauult in presentiarum gaudere quam prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: sed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus mereor, quam intelligo: quod clarissimi & eruditissimi viri tanto * testimonio exulto. quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium, non minus splendidissima quam benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est. Is etiam laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodo * extitit. Nam, ut comperior, nudius tertius libello misso, per quem postulabat locum celebrem statue mee, cum primis commemoravit inter nos iura amicitie ac * cõnilitie studiorum eisdem magistris inchoata honeste: tunc postea vota * mea omnia secundum dignitatis suæ gradus recognouit. Iam illud primum beneficium, quod condiscipulum se meminit. Ecce & hoc alterum beneficium, quod tantus * se diligi ex pari prædicat. Quin * & commemoravit, & alibi gentium & ciuitatum honores mihi statuarum & alios decretos. Quid addi * potest? Et hoc præconium viri consularis Imò etiam docuit argumento suscepti sacerdotij, summum mihi honorem Carthagini adesse. Iam hoc præcipuum beneficium, ac longè ante ceteros excellens, quod me vobis locupletissimus testis suo etiam suffragio commendat. Ad * summam pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurum: vir, cui omnes prouinciæ quadriuges & seinges currus vbiq; gentium ponere gratulantur. Quid * igitur superest ad honoris mei tribunal & culmè, ad laudis mee cumulum?

Imò enim uerò quid superest? Aemilianus Strabo vir consularis, breui* uoce omnium futurus proconsul, septem annis de honoribus meis in curia Carthaginensium dixit: omnes eius auctoritatem secuti sunt. Nōne uidetur hoc uobis senatusconsultū esse? * Quòd Carthaginēses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt omnes locum* statuere: ut illo scires iccirco alteram statuā, quantum spero, in sequentem curiam protulisse, ut salua ueneratione, salua reuerentia consularis sui, uiderētur factum eius non amulati, sed secuti: id est, ut integro die beneficium ad me publicum perueniret. Caterum meminerāt optimi magistratus & beneuolentissimi principes, mandatum sibi à uobis quod uolebant. Id ego nescirem? haud predicarem? ingratus essem? Quin etiam uniuerso ordini nostro, amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decorauēre: in qua curia uel nominari tantummodo summus honor est. Igitur quod difficile factu erat, quòdque reuera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus & principibus, id, * praefusiue dixerim, iam quodammodo mihi obtrigit. Quid igitur superest ad statuam meam honorem, nisi eris pretium, * & artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam desuēre, * ne in Carthagine desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet, quam computare. Sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. Quin etiam tibi Nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuam meam, libro etiam conscripto, plenius gratias, * canacique libro mandabo: uti per omnes prouincias eat: totoque abhinc orbe, totoque abhinc tempore, laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum representet. Viderint, quibus mos est oegerere se & otiosis praesidibus, ut impatientia linguae commendationem

ingenij querant, & affectata amicitia vestra specie glorien-
 tur. Vtrumque* eius à me, Scipio Orfitæ, longe abest. Nam
 & quantulumcunque ingenium meum, iam pridem pro ca-
 ptu suo hominibus notius est, quàm ut indigeat noua com-
 mendationis. Et gratiam tuam, tuorumque similium malo,
 quàm iacto: magisque sum tanta amicitia cupitor, quàm
 gloriator: quoniam cupere nemo, nisi verè putet, potest. Po-
 test autem quivis falso gloriari. Ad hoc ita semper ab in-
 eunte aeo bonas artes sedulo colui: eamque existimatione
 morum ac studiorum cum in provincia* nostra, tum etiam
 Romæ penes amicos tuos quasisse me, tute ipse locupletissi-
 mus testis es: ut non minus vobis amicitia mea capessenda
 sit, quàm mihi vestra* est concupiscenda. Quippe non pro-
 pte veniam impertire, rarenter adeundi assiduitatem eius
 requirentis est: summumque argumentum amoris, se-
 quentibus delectari, cessantibus obirasci, perseverantem
 celebrare, desinentem desiderare. Quoniam necesse est e-
 iusdem esse, cuius angat absentia. Cæterum vox cohibita
 silentio perpeti, non magis usu inerit, quàm uares grauedi-
 ne oppleta, aures spiritu obserate, oculi albugine obducti.
 Quid si manus manicis restrigantur? Quid si pedes pedi-
 cis coartentur? Iam rector nostri animus aut somno solua-
 tur, aut vino mergatur, aut morbo sepeliatur? Profecto ut
 gladius usu splendescit, situ rubiginat, ita vox in vagina
 stetit condita diutino torpore hebetatur. Desuetudo om-
 nibus piritiam, piritia veterum parit. Tragedi adeo
 ni cotidie proclament, claritudo arteria obsolescit. Igitur i-
 dentidem bcando purgant raurim. Cæterum ipsius vocis ho-
 minis exerendi casus labor superuacaneo studio plurifa-
 riam superatur. Siquidem voce hominis & tuba rudore
 poruior, & lra concentu variatior, & tibia questu dele-
 tabilior, & fistula susurrum incundior, & buccina signifi-
 catu longinquior. Mitto dicere multorum animalium* im-
 mediis sonores, distinctis proprietatibus admirandos: ut
 est cau-

est taurorum grauis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non auium instigati angores, nec non leonum indignati fremores, ceteraque id genus voces animalium truces ac liquida, quas infesta rabies vel propitia voluptas * cient. Pro quibus homini vox diuinitus data, angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus, quam auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius usurpata. & quidem non nisi * adiutorio tanto viro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. Equidem etsi fidibus apprimè callerè, non nisi confertos homines confectarer. In solitudine cantilauit Orpheus in syluis, inter * delphines Arion. Quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio precipitatus. Ille immanium bestiarum delinitor, hic misericordium beluarum oblectator: ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. Eos ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. Auibus haec secretaria, ut inquam, magis congruerint merulis, & luscinis, & oloribus. Et merula in remotis tesquis fringultiunt, luscinia in solitudine Africana canticum adolescentiae * garrunt, olores apud auis flumios carmen senectae meditantur. Enimvero qui pueris & adolescentibus & senibus utile carmen prompturus est, is in medijs milibus hominum * cantat: ita ut hoc meum de virtutibus * Orfici carmen est, seruum quidem fortasse, sed seruum: nec minus gratum quam utile Carthaginensium pueris, iuuenibus & senibus: quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul subleuauit: temperatoque desiderio, & moderato remedio, dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem Scipio, quoniam laudes tuas attingi, ne me in praesentiarum refrenes, vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed ne-

queo, quin ex plurimis, quæ in te meritisimò admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos ea mecum ciues, ab eo seruatis, recognoscite.

FLORIDORVM LIB. IIII.



Anta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius gratulari Carthagin debeam, quòd tam multos eruditionis amicos habet, quàm excusare, quòd philosophus non recusa uerim dissertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentie locus delectus est. Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pauimenti marmoratio, nec prosœnij contabulatio, nec scena columnatio: sed nec culminum eminentia, nec clacunarium resfulgentia, nec sedilium circumferentia: nec quod hîc aliàs mimus hallucinatur, comœdus sermocinatur, tragœdus uociferatur, funerepus periclitatur, prestigiator furatur, histrio gesticulatur, ceterique omnes ludiones ostentant populo quòd cuiusque artis est: sed istis omnibus supersessis, nihil ampliùs spectari debet, quàm conuenientium ratio, & dicentis oratio. Quapropter ut pœtæ solent, hîc ibidem varias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici solet:

Liber, qui augusta hæc loca Cithæronis colis:

item ille comicus, qui

Paruam partem postulat Plautus loci

De* nostris magnis atque amœnis incenibus,

Athenas* quos in architectis conferam:

non secus & mihi* licet nullam longinquam & transmarinam ciuitatem hîc, sed enim ipsius Carthaginis vel curiam vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiat: si erudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. Quo utinam mihi pro amplitudine auditorij prælixa oratio suspenderet:

peteret: ac non hîc maximè clauderet, ubi me facundissi-
 mum cuperem! Sed verum verbum est profectò, quod aiunt:
Nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum,
quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis: ut etiam
in amplissima quaque letitia subsit quæpiam vel parua
querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis. Vbi v-
ber, ubi tuber. Id ego cum * in alias, * tunc etiam nunc in
 presentiarum usu experior. Nam quanto videor plura
 apud vos habere ad commendationem suffragia, tanto sum
 ad dicendum nimia reuerentia vestri cunctatior. Et qui
 penes * extraneos sæpenumerò promptissimè disceptauî, i-
 dem nunc penes meos hesito: ac (mirum dictu) ipsis illece-
 bris deterreor, & stimulis refrenor, & incitamentis cobi-
 beor. At non multa mihi apud vos adhortamina suppe-
 tunt, quòd sum vobis nec lare alienus, nec pueritia * inusi-
 tatus, nec magistris peregrinus, nec secta incognitus, nec vo-
 ce inauditus, nec libris illectus, improbatûsve. Ita mihi &
 patria in concilio Africa, * id est vestro, & pueritia a-
 pud vos, & magistri vos. Et secta, licet Athenis At-
 ticis confirmata, tamen hic inchoata est: & vox mea v-
 traque lingua iam vestris auribus ante proximum sexen-
 nium probè cognita. Quin & libri mei non alia ubique
 laude carius censentur, quàm quòd iudicio vestro com-
 probantur. Hæc tanta ac totius inuitamenta communia
 non minùs vos ad audiendum prolestant, quàm me ad
 dicendum retardant. Faciliùsque laudes vestras alibi
 gentium, quàm apud vos predicarim: ita apud vos cui-
 que modestia obnoxia est, apud * extraneos autè veritas li-
 bera semper * adeò, & ubique. Vos quippe ut paren-
 tes ac primos magistros meos celebros, mercedemque vo-
 bis rependo: non illam quam Protagoras sophista pepi-
 git, nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit, &
 accepit. Video quid postuletis, utranque narrabo. Prota-
 goras, * qui sophista fuit longè multiscius, & cum primis

rhetorica repertoribus persacundus, Democriti physici ci-
 uis aequuus: inde ei suppeditata doctrina est. Hunc Pro-
 tagoram aiunt, cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem
 nimis uberem, conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum-
 demum id argenti daret, si primo tyrocinio agendi penes
 iudices vicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exo-
 rabula indicantium, & decipula aduersantium, & artifi-
 cia dicentium, versutus alioquin & ingeniatus ad astutia
 facile perdidicit, * contentusque scire quod concupierat,
 cepit nolle quod pepigerat: sed calide ne sciendis moris
 frustrari magistrum, diuileque nec asserere velle, nec red-
 dere, usque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit.
 Expositaque conditione, qua * docendum receperat, an-
 cept argumentum ambisariam proposuit. Nam, Siue ego
 viceris, inquit, soluere mercedem debebis, ut condemna-
 tus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pa-
 ctus: quippe qui hanc primam causam penes iudices vice-
 ris, ita si vincis, in conditionem incidisti: si vinceris, in * da-
 nationem, quod quæris. Ratio conclusa iudicibus acriter &
 inuincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpotè tanti
 veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumē-
 tum retorsit. Nam, si ita est, inquit, neutro modo, quod pe-
 tis, debeo. Aut enim vinco, & iudicio dimittor: aut vincor,
 & pacto absoluo. ex quo non debeo mercedem, si * hac
 prima causa fuero penes iudices victus. Ita me omni modo
 liberat. si vinco, conditio: si vincor, sententia. Nōne vo-
 bis videntur hæc sophismatum argumenta, obuersa inuicē,
 vice spinarum, quas ventus * cum voluerit inter se coherce-
 re, paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo
 vulneret. Atque ideo merces Protagoræ tam aspera, tam
 senticosa, versutis & auaris relinquenda est: cui scilicet
 multo tantò præstat illa altera merces, quam Thales me-
 morant suasisse Thales Milesius, ex septem illis sapientia
 memoratis viris facile * præcipuus: fuit enim geometrica

peres

penes Graios primus repertor, & naturae rerum certissimus explorator, & astrorum peritissimus contemplator. maximas res paruis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum status, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, solis annua reuerticula. Idem luna vel nascentis incrementa, vel senescentis dispendia, vel delinquentis obstacula. Idem sanè iam procliui sonedute diuinam rationem de sole commentus est: quam equidem non didici modò, verum etiam experiendo comprobauit: quotiens sol magnitudine sua circum quem permeat, metiatur. Id à se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandraytum Prienensem, qui noua & inopinata cognitione impendio deletatus, optare iussit, quantam velle mercedem sibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens, si id quod à me didicisti, cum proferre ad quospiam coeperis, tibi non adsciueris, sed eius inuenti me potius quam alium repertorem predicaueris. Pulchra merces prorsum, ac tali viro digna, & perpetua. Num & in hodiernum, ac dehinc semper, Thali ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia studia verè cognouimus. Hanc ego vobis mercedem Carthaginienses ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. Vbiq; enim me vestrae ciuitatis alumnus fero, ubiq; vos omnimodis laudibus celebros, vestras disciplinas studiosius percolo, vestras opeis gloriosius praedico, vestros etiam Deos religiosius venero. * Et nunc quoque igitur principium mihi apud vestras aureis auspiciatissimum ab Aesculapio Deo capiam, qui arcem * nostrae Carthaginiis indubitabili numine propitius respicit. Eius dei hymnum Graeco & Latino carmine vobis * occinam, iam illi à me dedicatum. Sum enim non ignotus illius agricola, nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac iam & prorsa & vorosa facundia veneratus sum, ita ut etiam nunc hymnum.

eius utraque lingua canam: cui dialogum scripsi uer Græcū
 & Latinū prætexui, in quo sermocinabuntur Sanius Se-
 uerus & Iulius Persius, viri & inter se mutuo, & nobis,
 & utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina & elo-
 quentia & benevolentia paribus: incertū modestia quietio-
 res, an industria promptiores, an honoribus clariores. Qui-
 bus cū sit summa concordia, tamē hæc sola emulatio, & in
 hoc unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem
 diligat: atque summis medullitis viribus contendunt am-
 bo, vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus & vobis
 auditu gratissimum, & mihi compositē congruentem: & de-
 dicatur religio summo in principio libri ratio, quēdam ex
 his qui mihi Athenis condidicere percontari à Persio Græ-
 cē, quæ ego pridie in templo Aesculapij differuerim: pau-
 latimque illis Severum adiungo, cui interim Romanae lin-
 guæ parteis dedi. Nam & Persius, quāuis & ipse optime
 Latine possit, tamen hodie* vobis Atticissabit. Asclepiades
 ille, inter præcipuos medicorū, si uerū Hippocratē excipias,
 ceteris princeps, primus etiam vino* reperit agris opitula-
 ri: sed dando scilicet in tempore. cuius rei observationem
 probè callebat: ut qui diligentissimè animaduerteter ve-
 narum pulsus inconditos, vel præclaros. Is igitur cū for-
 tē in ciuitatem sese reciperet, & rure suo suburbano redi-
 ret, aspexit in* promeris ciuitatis funus ingens locatū plu-
 rimos homines ingenti multitudine, qui exequias venerat,
 circumstare, omnis tristissimos & obsoletissimos vestitu.
 Propius accessit, ut* incognosceret more ingenij, quis nam
 esset? quoniam percontanti nemo responderat: at verò ut
 ipse aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certe quidem ia-
 centi homini, ac propè deposito fatum attulit. Iam miseri
 illius membra omnia aromatis perpersa, iam os ipsius in
 guine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam cena pa-
 ratum, cōtemplatus enim diligentissimè, quibusdam signis
 animaduertit. Etiam atque etiam pertractauit corpus ho-
 minis,

minis, & inuenit in illo vitam latentem. Confestim exclamauit, viuere hominem: procul* igitur faces abigerent, procul lignes amolirentur, rogam demolirentur, cenam feralem à tumulto ad mensam referret. Murmur interea extortum, partim medico credendum dicere, partim etiã irridere medicinam. Postremò propinquis etiam hominibus inuitis, quòd ne iam ipsi hereditatẽ habebant, an quòd adhuc illi fidem non habebant, agrè tamẽ ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atque ita vespillonum manibus extortum, velut ab inferis postliminio domum retulit, confestimque spiritum recreauit: confestim animam in corporis latibulis delitescentem, quibusdam medicamentis prouocauit. Sapientis viri super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad suum pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Verumenimvero Musarũ cratera, versa vice, quanto crebrior, quantoque meracior, tanto* proprior ad animi sanitatem. Prima cratera literatoris ruditatem eximit, secunda grammatici doctrina instruit, tertia rhetoris eloquentia armat. Hactenus à plerisque potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi, poetice commentam, geometrica limpida, musica dulcem, dialectica* amarulam. Iam vero* vniuersitas philosophiæ, inexplebilem scilicet* nectariam. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satyras, Apuleius* noster hæc omnia: nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet voluntate quam facultate. Eoque propensius fortassis laudandus est, quòd omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Ita ut contra in maleficis, etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur, cruenta mente, pura manu. Ergo sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic & ad laudem satis est conari prædicanda. Quæ autem maior laus, aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota ciuitas

eruditissimi estis: penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuvenes ostentant, senes docent? Carthago prouincie nostrae magistra venerabilis, Carthago Africa Musa celestis, Carthago Camoena togatorum. Habet interdum & necessaria festinatio honestas moras: saepe uti malis interpellata voluntatem. Quippe & illis, quibus curriculo confecta via opus est, adeo ut praoptent pendere equo, quam carpento sedere, propter molestias sarcinarum, & pondera uehicularum. & moras orbium, & salebras orbitalium, adde & lapidum globos, & caudicum tauros, & camporum riuos, & collium cliuos. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari, aduectorem sibi met equum deligunt diutine fortitudinis, uinacis pernicitatis: idem & ferre ualidum, & ire rapidum, qui campos collesque gradu* perlabitur. Imò, ut ait Lucilius, tu cum eo equo per uiam concito peruolant: si quem interea conspiciantur ex principalibus uiris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum, quanquam oppido festinant, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, releuant gradum, retardant equum, & illico in pedes desiliunt: fruticem, quem uerberando equo gestant, eam uirgam in leuam manum transferunt. Itaque expedita dextra aduent* auscultant: & si diuulse ille quippiam percontetur, ambulant diuulse, & fabulantur. Denique quantumuis mora in officio libenter insumunt. Crates ille, Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines etatis suae Athenis cultus est, nulla domus ei unquam clausa erat: nec erat patris familiae tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium omnium & iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem olim poete memorant, monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse, orbemque terra purgasse, similiter aduersum iracundiam & inuidiam, atque auaritiam atque libidinem, ceteraque animi humani monstra & flagitia, Philosophus iste Hercules fuit.

fuit. Eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgavit,
 malitiam perdomuit, seminudus & ipse, & claua insignis:
 etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria
 extat. Igitur priusquam planè Crates factus, inter proce-
 res Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famu-
 litium, domus amplo ornata vestibulo, ipse bene vestitus,
 bene praediatus. Post, ubi intellexit nullum sibi* vita fa-
 mularè praesidium legatum, quo fretus etatem agat. omnia
fluxa infirmaque esse: quicquid sub caelo diuitiarum est,
eas omnes ad bene viuendum non quicquam esse: sicuti
nauem bonam* fabri factam, bene intrinsecus compa-
ctam,* & extrinsecus eleganter depictam, mobili clauo,
firmis rudentibus, procero malo, insioni carchesio, splen-
dentibus velis, postremo omnibus armamentis idoneis ad
usum, & honestis ad contemplationem. Eam nauem si
aut gubernator non agat, aut tempestas agat, ut facile cum
illis egregijs instrumentis aut profunda hauserint, aut sco-
puli comminuerint? Sed & medici cum intrauerint ad a-
grum uti visant,* & nemo eorum quod tabulina perpul-
stra in adibus cernant, & lacunaria auro oblita, & gre-
gatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa
lectum stantes, eorum iubet uti sit animo bono: sed ubi iux-
tum consedit, manum hominis prehendit: eam pertractat,
venarum pulsum & momenta captat: siquid illic turbatum
atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo ha-
beri. Dives ille cibo interdicitur. ea die in sua sibi copiosa
domo panem non accipit: cum interea totum eius serui-
uum hilares sunt, atque epulantur. Nec in eare quicquam
efficit conditione.

L. APVLEII MADAVRENSIS
PHILOSOPHI PLATONICI,
De dogmate Platonis Li-
ber vnus.

Platoni habitudo corporis cognomentum dedit. namque Aristocles prius nominatus: Aristo ei fuisse pater dictus est. Caterum Perictione Glaucci filia mater fuit. Et de utroque nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit. Ab Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. Sunt qui Platonem augustiore conceptu profatum dicunt. Cum quidem Apollinis figuratio Perictione se miscuisset. Mense etiam qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus est, die qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Prædie Socratem genitum accepimus. Somnium etiam Socratis circumferunt: nam vidisse sibi visum esse cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse, & in eius gremio resedisse: & postea plerumque pennis caelum petisse, canore musico auditus hominum Deorumque mulcentem. Cum hoc ergo Socrates in conuentum hominum referret, Aristo, Platonem puerum oblaturus Socrati magistro, commodum prosequeretur. Quem ubi aspexit ille, ingeniumque intimum de exteriori conspiciat est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non solum heroum virtutibus prestitit, verum etiam æquiparavit Divinum potestatibus. Nam Speusippus domesticis instructus documentis, pueri eius in ære partiendo ingenium, & admiranda verecundia indolem laudat: & pubescentis primitias labore atque amore studendi imbutas refert: & in viro harum incrementa virtutum & cæterarum conuenisse testatur. Ex iisdem genitoribus Glauco & Adimantus ei fratres fuerunt. Doctorem

rem habuit in prima literatura Dionysium, at in palaestra
 Aristonem Argis oriundum. Tantosque progressus exerci-
 tatio contulit ei, ut Pythia & Isthmia de lucta certaue-
 rit. Picturae non aspernatus artem, Tragedis & dithyrambis
 se utilem finxit. Iamque carminum confidentia elatus, cer-
 tatorem se profiteri cupiebat: nisi Socrates humilitatem cu-
 pidinis ex eius mentibus expulisset, & vera laudis gloriam
 in eius animum inserere curasset. Et antea quidem Hera-
 cliti secta fuerat imbutus. Verum cum se Socrati dedisset,
 non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit,
 verum etiam labore & elegantia illustravit. Sapientiam
 ab eo sibi traditam labore quoque asserere nisus est, & elegan-
 tia, per quam venustate & maiestate verborum plurimum
 adhibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines re-
 liquit, quasi unde proficeret, & ad Pythagorae disci-
 plinam se contulit. Quam, etsi ratione diligenti & magnifica
 instructam videbat, rerum tamen continentiam & castita-
 tem magis cupiebat imitari. Et, quod Pythagoreorum inge-
 niu adiuu alys disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyre-
 nas, ut geometriam disceret, est profectus: & astrologiam a-
 dusque Aegyptum iuit peritum, ut inde prophetarum etiam
 ritus addiceret. Et ad Italiam iterum venit, & Pythago-
 reos, Eurytum Tarentinum, & seniore Archytam sectatus:
 atque ad Indos & Magos intendisset animum, nisi eum bel-
 la tunc vetuissent Asiatica. Quapropter inuenta Parme-
 midis ac Zenonis studiosis executus, ita omnibus quae ad-
 mirationi sunt singula suos libros expleuit, ut primus
 tripartitam philosophiam copulari: sibi que inuicem ne-
 cessarias partes neque pugnare inter se tantummodo, sed
 etiam mutuis adiuuare auxiliis ostenderit. Nam quamuis
 de diuersis officinis haec ei essent philosophiae membra
 suscepta, naturalis ab * Heracliteis, intellectualis a
 Pythagoreis, rationalis atque moralis ab ipso Socratis
 fonte, unum tamen ex omnibus, & quasi proprium partus

corpus effecit. Et cum principes harum familiarum im-
 politas sententias, & incomptas auditoribus tradidissent,
 eas hic, cum oratione limando, tum ad orationis auguste
 honestissimam speciem deducendo, perfectas atque etiam
 admirabiles fecit. Multi auditorum eius utriusque se-
 xus in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo,
 qui Academia iunctus fuit, & in duobus ministris, & in
 patera qua Dys supplicabat, reliquit. Auri tantum, quan-
 tum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. Cete-
 rum tres eius ad Siciliam aduentus, mali quidam car-
 punt diuersis opinionibus differentes. Sed ille primo hi-
 storia gratia, ut naturam Aetnae, & incēdia concavi mon-
 tis intelligeret: secundo, petitu Dionysii, ut Syracusanis
 assisteret, profectus est, & ut municipaleis leges eius pro-
 uincia disceret: tertius eius aduentus fugientem Dionem,
 impetrata à Dionysio venia, patriam suam reddidit. Quae au-
 tem consulta (quae dogmata Graecè licet dici) ad utilita-
 tem hominum, viuendique & intelligendi & loquendi ra-
 tionem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniā treis partes
 philosophiae cōgruere inter se primus obtinuit, nos quoque
 separatim dicemus de singulis, à naturali philosophia fa-
 cientes exordium. Initia rerū esse tria arbitrat̃ur Plato, Deū,
 & materiam, rerūque formas: quas ideas idem vocat,
 inabsolutas, informes, nulla specie vel qualitatis signifi-
 catione distinctas. Sed haec de Deo sēt̃it, quod sit incorporeus.
 Is unus, ait, aperimetros, genitor, rerūque omnium extor-
 tor, beatus & beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conse-
 rens cuncta. Quem quidem caelestem pronunciat, indictū,
 inominabile, & (ut ait ipse) * ἀῖπ̃π̃το̃ν, ἀῖγ̃ατο̃ν ὀυ̃γ̃αστο̃ν. Cuius
 naturam inuenire difficile est: si inuenta sit, in multos eam
 enunciari non posse. Platonis haec verba sunt: θεὸν δὲ περὶ τὰ εἰ-
 ράδ̃το̃ν, νοῦ̃σ̃α̃ι δὲ ἀδ̃υ̃ατο̃ν, id est, Deum quidem inuenisse haud
 facile est, intellexisse autem impossibile. Materiam verò
 improcreabilem, incorruptamque commemorat: non ignem,
 neque

neq; aquā, nec aliud de principijs absolutis elemētis esse: sed ex omnibus primā figurarū capacem, factioniq; subiectam, adhuc rudē, & figuratiōis qualitate viduatā. Deus artifex conformat uniuersam. Infinitam verò iccirco, quod ei sit interminata magnitudo. Nam quod infinitum est, indistinctum magnitudinis habet finē: atque ideo, cum viduatā sit sine, infinibilis rectē videri potest. Sed neq; corporeā, neque sanē incorpoream esse cōcedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus specie qualicūque non careat. Si ne corpore verò esse non potest dicere, quia nihil incorporeale corpus exhibeat: sed vi & ratione sibi eam videri corpoream. Atque ideo nec actū solo, neque tamen sola opinione cognitionis intelligi. Namque corporea, propter insignem euentiā sui, simili iudicio cognosci. Sed quæ substantiam non habet corpoream, cogitationibus ea videri: unde adulterata opinione, ambiguam materiæ huius intelligi qualitatem. Ideas verò, id est formas omnium simplices, & æternas esse, nec corporales tamen. Esse autem ex ijs quæ Deus sumpserit, exempla rerum quæ sunt, eruntve: nec posse amplius quàm singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inueniri, gignentiūque omnium ad instar cere formas & significatiōes ex illa explorū figuratiōe signari. *raç iōias*, quas essentias dicimus, duas esse ait, per quas cūcta gignatur, mundisq; ipse: quarū una cogitatione sola concipitur: altera sensibus subijci potest. Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper & eodem modo & sui par, & sui similis inuenitur, ut quæ verè sit. Etenim altera opinione sensibili & irrationabili estimanda est, quam nasci & interire ait. Et sicut superior verè esse memoratur, hanc verè non esse possumus dicere. Et primæ quidem substantiæ vel essentiæ primūm Deum esse, & mentem formasque rerum, & animam. Secundæ substantiæ, omnia quæ informantur, quæque gignuntur, & quæ ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt: quæ ma-

tari & conuerri possunt, labentia, & ad instar fluminum
 profuga adhuc illa, quam dixi, intelligendi substantia, quo-
 nam constanti nititur robore: & quæ de eâ disputantur,
 ratione stabili & fide plena sunt. At huius, quæ veluti um-
 bra & imago est superioris, rationes quoque & verba, quæ
 de ea disputantur, in constanti sunt disciplina. Initium
 omnium corporum materiam esse memorauit. Hanc & si-
 gnari impressione formarum. Hinc prima elementa esse
 progenita, ignem & aquam, terram & aëra. Quæ si ele-
 menta sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllaba-
 rum nexu mutuo copulari. Quæ istis euenit, quarum sub-
 stantia multimoda potestate, commixtione conficitur. Quæ
 cum ordinata, permixtaque essent, ab illo edificatore mun-
 di Deo ad ordinem, numeris & mensuris in ambitum de-
 ducta sunt. Hæc è plurimis elementis ad vnum redacta
 esse. Et ignem quidem & aëra & aquam habere principiu
 ex trigono, quæ * sit anguli recti, non paribus angulis. Et
 prioris quidem formæ tres species existere: pyramidem, &
 octangulu, & vigesiesangula spheram, non paribus. Terrâ
 verò, directis quidem angulis, trigonis, & vestigijs paribus
 esse. Et prioris quidem formæ tres species existere, pyrami-
 dem, octangulam, & vigintiangulam. Spheram & pyrami-
 dem figuram ignis in se habere, octangulam verò aëris, an-
 gulatam vicies spheram aquæ dicatam esse. equipedū ve-
 rò trigonum efficere, ex sese quadratum: quadratum verò
 cubum, quæ terræ sit propria. Quapropter mobilem pyra-
 midis formam igni dedit, quòd eius celeritas, agitationi vi-
 deatur esse consimilis. Secundæ velocitatis octangula spha-
 ra est. Hanc aëri detulit, qui leuitate & pernitate post i-
 gnem secundus esset. Vigesimalis sphaera est loco tertio. Hu-
 ius forma fluida & volubilis, & aqua similior est visa. Re-
 stat tesserarum figura: quæ cum sit immobilis, terræ constan-
 tiam non absurde sortita est. Et alia initia inueniri forsità
 posse, aut quæ Deo nota sunt, vel ei qui sit Dys amicus. Sic

de primis elementis igni & aqua, ceterisque. Et illa constare particulatim animalium & inanimantium corpora: mundumque omnem ex omni aqua, totoque igni, & aëri uniuersitate, cunctaque terra esse factum: & non solum nullam horum partem extra orbem relinquere, sed nihil quidem eius & extrinsecus inueniri. Hæc autem inuicem ex se apta & connexa esse. Idcircoque in igne atque in terra, & aqua & aëre esse situs. Et, sicut ignis aëris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrene iungatur. Hinc unum esse mundum, & in eo omnia: nec relictum esse locum, neque elementa superesse, ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei perpetua iuuentus, & inuiolata valetudo. Eoque nihil prætere extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium: etsi superesset, non eum læderet, cum ita apud se ex omni parte copositus atque ordinatus foret, ut aduersantia & contraria natura, disciplinaque eius officere non possent. Idcirco autem perfectissimo & pulcherrimo mundo instar pulchræ & perfectæ spheræ à fabricatore Deo quaesitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia, coercensque contineat, pulcher & admirabilis, sui-que similis, sibi-que respondens. Hinc illi & septem motus locorum habeantur, progressus & retrocessus, dexterioris ac sinistri, sursum & deorsum nitentium, & quæ in gyrum circum-que torquentur. Hæc una mundo relicta est sapientia & prudentia propria, ut rationabiliter volueretur. Et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit: aliàs originem habere, natumque esse. Nullum autem eius exordium atque initium esse, idcirco quod semper fuerit. Natum verò videri, quod ex his totius natura & substantia consistet, quæ nascendi sortite sunt qualitate. Hinc & tangitur & videtur, se sibi-que corporis est obuius. Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, idcirco immortalis est semper futurus. Animam verò inanimantium omnium non corpoream esse, nec sanè perituram cum corpore fuerit absoluta, omnique gignentium esse seniore.

atque ideo & imperare & regere ea quorum curam fuerit
deligentiâque secuta: ipsâmq; semper & per se moueri, agi-
tratrice aliorum, quæ natura sui immota sunt atq; pigra. Sed
illam celestem animam, fontem animarum omnium opti-
mam & sapientissimam, virtutem esse genitricem, subseruire
fabricatori Deo, & præsto esse ad omnia inuenta eius an-
nunciat. Verum substantiam mentis eius numeris & mo-
dis confici congeminitatis ac multiplicatis argumentis, incre-
mentisq; per se & extrinsecus partus: & hinc fieri, ut Musi-
ca mundus, & cantore moueatur. Naturâsq; rerum binas
esse: & earum alteram esse quæ ueniat in mentem, quam qui-
dem *θεωσι*, id est opinabilem appellat ille, & quæ uideri
oculis & attingi manu possit: alteram cogitabilem, & in-
telligibilem (deur enim uenia nouitati uerborum, rerum
obscuritatibus seruienti.) Et superiorem quidem partem
mutabilem esse, ac facilem contuenti, hanc autem, quæ
mentis acie uidetur, & penetrabili cogitatione percipitur
atque conspicitur, incorruptam, immutabilem, constantem,
eandemque & semper esse. Hinc & duplicem rationem,
interpretationemque dicit. Namque illa uisibilis, fortui-
ta, & muta, perseveranti suspitione colligetur: at hæc intel-
ligibilis, uera perenni & constanti ratione probatur esse.
Tempus uero cui esse imaginem: si quidem tempus mouetur,
& perennitas fixa & immota est natura: & ire in eam
tempus, & in eius magnitudinem finiri ac dissolui posse, si
quando hoc decreuerit fabricator mundi Deus. Eiusdẽ te-
poris spacijs mensuras mundanæ cõuersationis intelligi. So-
lis quippe & Luna globis hoc facere, ceterâsq; stellas, quas
recte erroneas & uagas dicimus. Nostra enim super earum
cursum opinioniones, disputationesque possunt in errorem in-
tellectum inducere. Caterum ille rerum ordinator ita re-
uersiones earum, ortus, obitus, recessus, moras progressus-
que constituit, ut ne modico quidem errore locus esset. Dies
quippe cum noctibus mensuram spacia complere, menses uis-
simum

cissim annorum orbis inuoluunt: nec prius, quam signa hæc
 in lucem ardere cœperunt, iniri potuerunt temporum nu-
 meri. Perituram esse obseruationem computationis huius,
 si hic olim chorus antiquus steterit: namque, ut mensura
 & reuersiones temporum noscerentur, circuitusque mun-
 di videretur, solis intensa sunt lumina: vicissim ut quies
 desiderata proueniret animantibus, opacitas est inuenta
 noctis. Mensesque efficiunt Luna circuli sui completo
 curriculo, ad eundem locum à quo discesserit reuertatur: an-
 ni verò spatia concludi, cum Sol quadrimas temporum contige-
 rit vices & ad idem signum fuerit inuectus. Horum enu-
 meratio in se reuertentium, & à se proficiscentium, intelle-
 ctu cogitationis inuenit. Esse autem stellarum nihilominus
 certos ambitus, legitimis curriculis perpetuo seruatis, quos
 vix hominum solertia comprehendit. Vnde* fit ut & Ma-
 gnus ille vocitatus annus, facile noscatur: cuius tempus
 implebitur, cum vagantium stellarum comitatus ad eun-
 dem peruenerit finem, nouumque sibi exordium & itine-
 ra per vias mundi reparauerit. Globorum verò cœlestium
 inter se nexorum per vices mutuas, omnium supremum
 esse eum, qui inerrabili meatu cœsetur: eius amplexu cæ-
 teros coërceri. Et esse à mundi primum ordinem, secundum
 Saturno datum, Ioui tertium, Martem quartum tenere,
 quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum So-
 lis itineribus incedi, octauum metiri Lunam. Exinde elemen-
 tis omnia ac principijs occupari. Ignem autem alijs superiorem
 esse, mox aeris locum, hinc aque proximum: & tunc globum
 terra in medio situm equalem loco, ac figura immobilem sta-
 re. Hos astrorum ignes spheris affixos, perpetuis atque in-
 defessis cursibus labi: & hos animales Deos dicit esse. Spha-
 rarum vero ingenium ex igne coalitum & fabricatum. Iam
 ipsa animantium genera in treis species diuiduntur: qua-
 rum una est ex natura ignis eiusmodi, quale Solem & Lu-
 nam videmus, ceterasque siderum stellas: alterum ex aëria

qualitate, hanc esse Demonum dicit: tertium ex aqua terra
 que coalescere, & mortale genus corporum ex eo diuidi, ter-
 renum atque terrestre. sic enim *^{χονία} censuit nominanda:
 terrenumque esse arborum, ceterarumque frugum, qua hu-
 mi fixa vitam trahunt. Terrestria vero, qua alit ac substi-
 net tellus. Deorum trinas nuncupat species: quorum est u-
 nus summus, primus & solus ille, ultramundanus, incor-
 poreus, quem patrem & architectum huius diui orbis supe-
 rius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, cete-
 raque numina, quos Calicolas vocamus. Tertium habent,
 quos Medioximos Romani veteres appellat, quod ex sui
 ratione & loco & potestate Dii summi sunt minores, ho-
 minum natura profecto maiores. Sed omnia que naturali-
 ter & propterea recte feruntur, providentia custodia gu-
 bernatur, nec ullius mali causa Deo poterit ascribi. Qua-
 re * hanc omnia ad fati sortem arbitrantur esse ferenda. Ita
 enim desinit, providentiam esse diuinam sententiam, conser-
 uatricem prosperitatis eius, cuius causa tale suscipit offi-
 cium. Diuinam legem esse fatum, per quod inenitabileis cogi-
 tationes Dei, atque incepta complentur. Vnde si quid provi-
 dentia agitur, id agitur etiam fato: & quod fato termina-
 tur, providentia debet susceptum videri. Et primam qui-
 dem providentiam esse summi exuperantissimique Deorum
 omnium, qui non solum Deos calicolas ordinavit, quos ad
 tutelam & decus per omnia mundi membra disperfit, sed
 natura eius mortaleis Deos, qui prestarent sapientia cete-
 ris terrenis animantibus, ad auitatem temporis edidit: fun-
 datisque legibus reliquarum dispositionum, ad tutelam rerum,
 quas quotidie fieri necesse est, Dii ceteris tradidit. Vnde
 susceptam providentiam Dii secunda providentia ita grauter
 retinent, ut omnia etiam que a celestibus mortalibus exhi-
 bentur, immutabilem ordinationis paternae statum teneant.
 Demones vero, quos Genios & Laeis possumus nuncupare,
 ministros Deorum arbitrantur, custodesque, * hominum & inter-
 pretes,

pretes, si quid à Dijs velint. Nec sanè omnia referenda ad
 vim fati putat: sed esse aliquid in nobis, & in fortuna nō ni-
 hil: & fortune improvidos casus ignorari à nobis fatetur,
 Instabile enim quiddam, & incurrens intercedere ea sole-
 re, qua consilio fuerunt & meditatione suscepta, qua non
 patitur meditata ad finem venire. Et tunc quidem cum
 impedimentum illud utiliter provenit, res illa Felicitas no-
 minatur: at ubi repugnationes istæ nocivæ erunt, Infelicitas
 dicitur. Omnium verò terrenorum, nihil homine præstan-
 tius providentia dedit. Quare ydem homines bene pronun-
 ciarunt, esse animam corporis dominam. At enim cum tres
 partes animi dicat esse: rationabilem, id est mentis optimã
 portionem, hanc ait capitis arcem tenere: Irascentiam verò
 procul à ratione, ad domicilium cordis deductam esse, ob-
 sequi eam & respondere in loco sapientiæ: Cupidinem,
 atque appetitus postremam portionem, infernas abdomi-
 nis sedes obtinere, ut popinas quasdam & latrinarum
 latebras, dmersoria nequitie atque luxuriæ. Relegatam
 verò iccirco longius à sapientia hanc partem videri, ne
 importuna vicinitas, & rationem constitutam desuper
 cunctorum saluti, in ipsa cognationum vicinitate pertur-
 baret. Totum verò hominem in capite vultuq; esse. Nam-
 que prudentiam, sensusque omneis, non aliàs quàm illa
 parte corporis contineri. Cætera enim membra ancillari &
 obsequire: cibos & alia subministrare, vectare ut in subli-
 me possit ut dominum atque rectorem, prudentiæque eius
 à periculis* vindicare. Sed machinamenta quibus ad sen-
 tiendas dijudicandasque qualitates sensus instructi sunt,
 ibidem erga regiam capitis constituta esse, in conspectu ra-
 tionis, ut intelligendi atque persentiendi veritas adiun-
 tur. Sensus verò ipsi ad ea quæ sunt sensibilia, aptè com-
 posita, nature intelligentiam cognatam tenent. Et primò
 oculorum acies gemellas perlucidas esse: eas quadam luce
 visionis illustres, noscendi literas officium tenere. Au-

ditionem verò aërea natura participem, aëris nuntijs percipere sonores. Iam gustatus solutiores esse sensus, ideòque humilioribus potius & aquosis commendatos. Tactū etiam terrenum atque corporeum, solidiora quaecunque contingi offendique possunt, sentire. Eorum etiam quae corrupta mutantur, separanda vis intelligenda est. In media nanque regione oris nares natura constituit, quarū symphonia odor cum spiritu comitat. Conuersiones autem mutationesque odoratus causas dare, easque de corruptis vel adustis, vel *madescentibus, vel madesactis sentire. cum quidem ea queruntur, vapore & fumo exhalantur: odor in his iudicium, sensusque succedunt. Nam si restent integre, & aer purus nunquam eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum ceteris animantibus. At enim hominis solertia eiusdem modi beneficio diuino instructior aptiorque, quod auditus ille est visusque praestantior. Oculis nanque metitus est cælum, siderum circuitus, & astrorum obitus atque ortus cum significantibus spacia comprehendit: ex quo puleherrimus & uberrimus fons ille philosophiae profluxit. Auditū verò quid homini magnificentiùs potuit euenire? per quem prudentiam sapientiamque disceret, numerosque orationis metiretur, ac modos faceret, fieretque totus ipse modulatus ac musicus? Lingua & dentium vallum, & ipsius osculi venustas accessit. quod quidem alijs animantibus ad explendam victus necessitatem, inferendāsque ventri copias comparatum est: sed hominis promptuarium potius recte rationis, & suauissima orationis hoc datū est, ut quae prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio. Sed totius corporis habitus & figura membrorū alia cōditione sunt optima, alia longè peiora. Inferiora reguntur optimatiū praestantia, & ipsa ministeriū suggerunt victuale. Pedes denique humōtenus capiti obediunt, ac superciliorum sēpes praemuniunt oculos, ne desuper proueat, quod teneras visiones, mollesque perturbet.

*ha. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimū consulunt. Cū exardescit ira, trepidansque celerioribus motibus ver-
 tex cordis ipsius madēs sanguine, pulmonis excipitur mol-
 litia, siti, frigore. Splenem verò iecori non frustra esse fini-
 tumum, ut eius redundantia participatis haustibus rele-
 uet, abstergatque ea quæ sordium fuerint, purūque ac sin-
 cerum præstet: quod maximè fibris est commodum. Ventrē
 gyris intestinorum circumplexum, & nexibus impeditum,
 esse, ne esculenta & poculenta sese penetrarent, sed ut re-
 tenta paulisper utilitatem sui, & sensum animantibus ex-
 hiberent: neque exhaustis & labentibus ijs quæ inferuntur,
 momentis omnibus appetendi cibi necessitas immineret &
 ad hoc unum occupari nobis dies noctesque necesse esset.
 Visceribus ossa sunt tecta: eadem reuincta sunt nervis: &
 tamen ea quæ sunt internuntia sentiēdi: sic sunt operta vi-
 sceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Illa etiā quæ in
 iuncturis & copulis nexa sunt, ad celeritatē facilius semo-
 uendā, haud multis impedita sunt visceribus. Denique i-
 psius capitis verticē specta: contactū tenui cute, capillisque
 hirsutum videbis, aduersum vim frigoris & caloris. At e-
 nim illæ optimæ sunt partes, quas labor subigit: ut femina,
 ipsaque sessitandi regio est. Quid de cibatu ipso loquar?
 quæ itinera ex utero manētia, fibris iecoris adiuncta, disper-
 tiunt in cruoris similitudinem versum, ut eum ex eo loco
 per omnes artus natura solers deriuari faciat. Sed è regio-
 ne cordis venarū meatus oriuntur, per pulmonis spiracula
 viuacitatem transferentes, quam de corde susceperunt:
 & rursus ex illo loco diuise per membra in totum homi-
 nem iuuant spiritum. Hinc illæ anhelandi vices haustæ,
 redditeque alterno modo, ne mutuis impediatur occur-
 sus. Venarum diuersæ sunt qualitates, quas ad procuran-
 dum eregione seruitium, per medullas renum commeare,
 & suscipi* inguinum loco certum est, & rursus venarū ge-
 nitale* semen humanitatis exire. At cū totius corporis*

dicat esse substantias, primam vult videri ex igne & aqua & ceteris elementis: aliam ex consimilibus partibus viscerum, ossiculorum, cruoris, & ceterorum: tertiam de discrepantibus diuersisq; membris, id est capite, utero, & articulis disparibus. Vnde substantia, quae de simplicibus constat elementis, si id quod ex necessitate victus extrinsecus arrogatur, quomodo congruit generi singulorum, qualitate corporis temperiemque custodit: ac illis, quae de consimilibus robur, his quae inter se disparia supra diximus pulchritudinem nutrit: & simul equalitas ista sicci, humidi, feruentis ac frigidi, sanitatem, vireis, speciemque largitur: sicut illa intemperans atque immoderata permixtio, singulis vniuersisque vitiat, anima celeri exitio corripitur. Tripartitam animam esse dicit. Primam eius rationabilem esse partem: aliam excandescentiam, vel irritabilem: tertiam appetum, eandemque cupiditatem possumus dicere. Sed tunc animam sanitatem adesse, vireis & pulchritudinem, cum ratio totum regit, parentque inferiores duae partes: concordisque inter se iracundia & voluptas, nihil appetunt, nihil comouent, quod inutile esse dixerit ratio. Eiusmodi ad equalitatem partibus anima temperatis, corpus nulla conturbatione frangitur. Alioquin inuehit egritudinem, inualentiamque & foeditatem, cum incomposita & inaequales inter se erunt: cum irascentiam & consilium subegerit, sibi que subiecerit cupiditas: aut cum dominam illam reginamque rationem, licet obsequente & placata cupidine, ira flagrantior vicerit. Sed egritudinem mentis stultitiam dicit esse, eamque in partem duas diuidit: quarum unam imperitiam nominat, alteram insaniam vocat. & imperitia n:rbum ex gloriosa iactatione contingere, cum eorum quorum ignarus est aliquis, scientiam mentitur. Furorem vero, pessima consuetudine & libidinosa vita solere euenire: hancque insaniam nominari, quam vitiosa qualitas corporis prodidit, cum ea quae sunt rationi parata in ipso vertice, importunis auxili-

his coartantur. At enim tunc hominem esse perfectum, cum anima & corpus equaliter copulantur, & inter se conveniunt, sibi que respondent, ut firmitas mentis prevalentibus corporis viribus non sit inferior. Corpus vero tunc nativis incrementis augetur, cum valetudinis portio procurata salubriter modum necessarij victus nescit excedere, nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcina immoderatus inuecti, vel non ut oportet digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum & vireis retinent, cum id quod infertur ad totius corporis conseruationem, veluti singillatim exequatum cunctis partibus diuiditur. Verum enim uerum cum id minimè sit, tunc sequitur exitium corporis.

L. APVLEII MADAVRENSIS
 PHILOSOPHI PLATONICI,
 De Philosophia Liber
 vnus.

M Oralis philosophia caput est, Faustine fili, ut scias, quibus ad beatam vitam perueniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem ante alia bonorum sine contingenti, ut ostendam que de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia eximia ac prima per se dicebat esse: per perceptionem cetera fieri bona existimabat. Prima bona esse Deum summum, mentemque illam, quam idem vocat. Secundum ea, illas, que ex priorum fonte profluerent, esse animi virtutes, prudentiam, iusticiam, pudicitiam, fortitudinem. Sed his omnibus, preestare prudentiam. Secundam numero ac potestate continentiam posuit: has iusticiam sequi, fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit. Partim diuina per se, & prima, simplicia dici bona, alia hominum:

nec eadem omnium existimari. Diuina quippe esse, atque simplicia, virtutes animi. Minora autem bona, eaque quorundam esse quæ cum corporis comodis congruunt: ut illa, quæ nominamus externa, sapientibus, & cum ratione ac modo uiuentibus, sunt sanè bona, stolidis, & eorum usum ignorantibus, oportet esse mala. Bonorum primum est verum, & diuinum, illud optimum, & amabile, & concupiscendum, cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instincta eadem ad eius ardorem: sed quæ non omnes adipisci queunt. Qui neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur quod hominum est. Secundum, nec commune multis, nec quidem omnibus similiter bonum. Namque appetitus, & agendi aliquid cupido, aut vero bono incitantur, aut eo quod uideatur bonum. unde natura duce cognatio quadam est cū bonis, ei animæ portioni, quæ rationi consentit. Accidens autem bonum esse putatur, quod corpori, rebusque uenientibus extrinsecus copulatur. Et illum quidem, qui natura imbutus est, ad sequendum bonum, non modo sibi inuitatum putat, sed omnibus etiam hominibus: nec pari aut simili modo, uerum etiam unumquemque acceptum esse, dehinc proximis, & mox ceteris qui familiari usu vel noticia iunguntur. Hominem ab stirpe ipsa neque absolute bonum nec malum nasci, sed ad utrunque procliuem ingenium esse. Habere quidem semina quadam utrarumque rerum cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partem alteram debeant emicare. Doctoresque puerorum nihil antiquius curare oportet, quam ut amatores virtutum vel inter se moribus & institutis eos ad id prorsus imbiberent, ut regere & regi discant magistrum iustitia. Quare præter cetera induci ad hoc ceteros oportere, ut sciant quæ sequenda fugiendaque sint, honesta esse, ac turpia; illa uoluptatis, hæc laudis. Hactenus de decoris ac turpitudinis, honesta eademque quæ sunt bona, confidenter optare nos oportet.

oportere. Tria genera ingeniorum ab eo sunt comprehensa, quorum præfians, egregium appellat unum: alterum, deterrimum pessimumque: tertiumque ex utroque medio temperatum, mediū nuncupavit. Mediocritatis huius vult esse participem puerum docilem, & virum progredientem ad modestiam, eundemque commodum ac venustum. Eiusmodi enim medietates inter virtutes & vitia * intercidere dicebat. Tertium quiddam: ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam validā, alteram falsam, pernicaci vanitate iactatam: inter pudicitiam, libidinosamque vitam, & abstinentiam intemperantiāque posuit: fortitudini ac timori medios pudorem & ignaviam fecit. Horum quoque, quos mediocres vult videri, neque sinceras esse virtutes, nec vitia tamen mera & intemperata, sed hinc atque inde permixta esse. Malitiam verò deterrimi & omnibus vitis imbuti hominis dicebat esse: quod accidere dicebat, cum optima & rationabilis proportio, & que etiam imperare cæteris debet, servit alijs. Ille verò vitiorum * doctrices iracundia & libido, ratione sub iugo missa dominatur. Eandem malitiam de diversis constare, abundantia, inopiāque. Nec solum ea in qualitatis vitio claudicare arbitrat, sed etiam incumbere dissimilitudinem. Neque enim posset cum bonitate congruere, que à semetipsa tot modis discrepet: & non solum disparilitatem, sed etiā concinnitatem præ se gerat. Quapropter tres partes animæ, tribus dicit vitis urgeri. Prudentiā indocilitas impugnat, que non abolitionem infert scientiæ, sed contraria est disciplina discende. Huius duas ab eo species accepimus, imperitiam & fatuitatem: quarum imperitia sapientiæ, & fatuitas prudentiæ inveniuntur inimice. Iracundiam audacia. Eius comitatum sequuntur indignatio & incommobilitas, dicta Græcè * ἀναισθησία. Ita enim dixerim, que non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore* deficit immobilis. Cupiditatibus luxuriam applicat, id est appetitus vo-

luptatem: & desiderium, ad fruendum potiendūmq; han-
stus inexplebiles. Ex hac manat auaritia, atque lascinia:
quarum altera liberalitatem coërceat, altera immodera-
tius fundendo patrimonio prodigat facultates. Sed virtu-
tes Plato habitum esse dicit mentis, optimè & nobilem fi-
gurata: quæ concordem sibi quietem, constantem etiam eū
faciunt cui fuerint fideliter intimata, non tantummodo
verbis, sed factis, & etiam secum & cum cæteris. Hoc
verò proclivius, si ratio in regni sui solio constituta sit, ap-
petitus & iracundias semper domitas & in frenis habet.
Ipsæque ita obediunt, ut tranquillo ministerio fungantur.
Vnimodam verò esse virtutem, quod bonum suapte natu-
ra adminiculo non indiget, perfectum autem cum sit, solitu-
dine debet esse contentum. Nec solum qualitas, verum e-
tiam similitudo cum virtutis ingenio coniungitur. Ita enim
secum ex omni parte congruit, ut ex se apta sit, sibi que res-
ppondeat. Hinc etiam medietates, easdemque virtutes, ac
summitates vocat: nec solum quòd careant redundantia &
egestate, sed quòd in medietate quodam vitiorum sita
sunt. Fortitudo quippe circumscissitur hinc audacia, inde ti-
miditate. Audacia quidem confidentia sit abundantia,
metus verò vitium deficientis audacia. Virtutum perfectæ
quædam sunt, imperfectæ aliæ. Et imperfectæ sunt, quæ in
omnibus beneficio solo naturæ proueniunt, vel quæ solis
disciplinis traduntur, & magis ratione discuntur. Eas i-
gitur, quæ ex omnibus his constant, dicimus esse perfectas.
Imperfectas virtutes semet comitari negat. Eas verò quæ
perfectæ sunt, indiuiduas sibi, & inter se connexas esse, i-
deò maximè arbitratur, quòd ei cui sit egregium ingenium
si accedat industria, usus, & disciplina, quam dux rerum
ratio fundauerit, nihil relinquetur quòd non virtus admi-
nistret. Omnes virtutes cum anima partibus diuisit: & il-
lam virtutem quæ ratione sit nexa, & est spectatrix omniū
rerum, prudentiam dixit, atque sapientiam. Quarum sa-
pien-

pientiam, disciplinam vult videri diuinarum humana-
 rumque rerum: Prudentiam verò, scientiam esse intel-
 ligendorum bonorum & malorum, eorum etiam media que
 dicuntur. In ea verò parte, que iracundior habeatur, for-
 titudinis sedem esse, vires anime, neruòsque ad ea imple-
 da, que nobis seuerius agenda legum imponuntur imperio.
 Tertia pars mentis est cupidinum & desideriorum, cui
 necessario Abstinentia comes est: quam vult esse seruatri-
 cem conuenientia eorum, que natura recta prauaque sunt.
 In homine ad placentiam ac mediocritatem libido refle-
 ctitur, actusque voluptarios ratione huius dicit ac mode-
 stia coerceri. Per has tres anime partes iustitiam equali-
 ter diuidentes, quas causam esse dicit, ut unaqueque po-
 tiorem ratione ac modo ad fungendum munus obediat.
 Hanc ille heros iustitiam modò nominat, nunc vniuersæ
 virtutis nuncupatione complectitur: & item fidelitatis
 vocabulo nuncupatur. sed cum ei à quo possidetur est uti-
 lis, beneuolentia est: at cum foras spectat, & est fida specu-
 latrix utilitatis alienæ, iustitia nominatur. Est & illa iusti-
 tia, que quartum vulgata diuisione virtutum locum possi-
 det, que cum religiositate, id est *ōiōtū* copulatur: quarum
 religiositas Deum honori ac supplicis diuinæ rei manci-
 pata est; illa verò hominum societatis & concordie reme-
 diū atque medicina est. Duabus autē equalibus de causis
 utilitatē hominum iustitia regit: quarū est prima, minorum
 obseruantia, & diuisionū equalitas, & eorum que pacta
 sunt* symbola: ad hæc ponderū, mensurarūque custos, &
 communicatio opum publicarum. Secunda finalis est, &
 veniens ex equitate partitio, ut singulis in agros domina-
 tus congruens deferatur, ac seruetur bonis potior, minor
 non bonis. Ad hæc, bonus quisque natura & industria in
 honoribus & officijs præferatur: pessimi ciues luce careant
 dignitatis. Sed ille iustus in deferendo honore, ac seruādo,
 modus est ei qui est suffragator bonorum, & malorum sub-

ingator: ut semper in ciuitate emineant quæ sunt omnibus profutura, iaceant & subiecta sint cum suis actoribus vitia. Quod facilius obtinebitur, si duobus exemplis instruamur: vnius, diuini & tranquilli & beati: alterius, irreligiosi & inhumani, ac merito intestabilis, ut pessimo quidem alienus, & auersus à recta viuendi ratione, facultates suas diuino illi melior esse velit. Hinc rhetorica duæ sunt apud eum partes: quarum vna est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta & cõueniens cum secta eius qui* publicitus vult videri: alia verò adulandi scientia est, captatrix verisimiliũ, vsus nulla ratione collectus. Sic enim, ἀλογοῖ τεῖβῶ elocuti sumus, quæ persuasum velit, quod dicere non valeat. Hanc ἀνάξιον λυχῦδου diffiniuit Plato: quam ciuilibis articuli umbram, id est imaginem nominauit. Ciuilitatem, quam politicen vocat, ita vult à nobis intelligi, ut eam esse ex virtutum numero sentiamus: nec solum agentem, atque in ipsis administrationibus, verum spectari ab ea vniuersa, atque discerni. Nec solum providentiam prodesse ciuilibus rebus, sed omnem sensum eius, atque propositum, fortunatum, & beatum statum facere ciuitatis. Hæc eadem vtilitatem anime procurat duobus modis. Altera nanque legalis est, iuridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo anime & robur acquiritur: sicut exercitatione valetudo corporis, gratiæque continetur. Iuridicialis illa medicina pars est: nam morbis anime medetur, sicut illa corporis. Has disciplinas vocat, plurimumque earum curationem commoditatis asserre profitetur. Harum imitatrices esse coquinariam & unguentariam. Sed artem sophisticam, professionemque iuris bladam, & assentationum illecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis: quarum sophisticam coquina coniungit. Nam ut illa medicina professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea quæ agit cum morborum medela conueniant: sic sophisticæ imitata

iuridicia-

*iridicalem statum, dat opinionem stultis, quasi iusticiæ
 studeat, quam iniquitati fauere constat. Vnguentariam ve-
 rò professores iuris imitantur. Nam sicut illa remedio vult
 esse, per quod species corporibus ac valetudo seruentur, non
 modo utilitatem corporum minuit, sed robur etiam virés-
 que frangit, & iterum colorem ad desidiam sanguinis mu-
 tat; sic hæc in scientiam mutata iuris, simulat quidem vir-
 tute[m] se animis augere, enervato quod in illis nativæ fue-
 rit industria. Virtutes eas doceri & studeri posse arbitra-
 tur, quæ ad rationabilem animam pertinent, id est sapien-
 tiam & prudentiam. & illas, quæ vitiosis partibus pro re-
 medio resistunt, id est, fortitudinem & continentiam ratio-
 nables quidem esse, superiores virtutes pro disciplinis hæ-
 beri. Ceteras, si perfectæ sunt, virtutes appellat: si semiper-
 fectæ sunt, non illas disciplinas vocandas esse censeat, sed nõ
 in totum existimat disciplinas alienas. In iustitia verò, quòd
 trinis animæ regionibus sparsa sit, artem vivendi ac disci-
 plinam putat: & nunc docilem esse, nunc usu & experien-
 tia provenire. Bonorũ autẽ quædam sui gratia asserit appe-
 tenda, ut beatitudinem, ut bonũ gaudium: alia non sui gra-
 tia, ut medicinam: alia sui & alterius, ut providentiam,
 ceterasque virtutes, quas & sui causa experimus, ut præ-
 stantes per se, & honestas: & alterius, id est beatitudinis,
 quæ est virtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam
 mala quædam sui causa fugienda sunt, alia ceterorum, ple-
 raque & sui & aliorũ: ut stultitia, & huiusmodi vitia, quæ
 & sui causa vitanda sunt, & eorum quæ accidere ex his
 possunt, id est miserie atq; infelicitates. Eorum quæ appe-
 tenda sunt, quædam absolute bona dicimus, quæ semper at-
 que omnibus, cum assunt, invehunt commoda: ut virtutes,
 quarũ beatitas fructus est. alia quibusdam, nec cunctis, vel
 perpetuò bona: ut vires, valetudo, divitiæ, & quæcunque
 corporis ac fortuna sunt. Pari pacto, & eorum quæ decli-
 nanda sunt, quædam omnibus ac semper videri mala, quo-*

niã nocent atque obsunt: ut sunt vitia, & infortunia. Quædam alijs, nec ea semper nocere: ut aegritudinem, egestatem, & similia. Sed virtutem liberam, & in nobis sitam, & nobis voluntate appetenda: peccata verò esse non minus libera, & in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate. Namque ille virtutis spectator, cùm eam penitus intellexit bonam esse, & benignitate prestare, eam affectabit profecto, & eam sectandam existimabit sui causa. Ac item ille, qui senserit vitia non solum turpitudinem existimationi inuehere, sed nocere alio pacto, fraudique esse, qui potest sponte ad earum consortiũ se ingerere? Sed si ad huiusmodi mala pergit, ac sibi usum eorum utilem credit, deceptus errore, & imagine boni sollicitatus quidẽ, sciens verò ad mala precipitatur. Discrepes quidem à cõmuni sententia: si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac diuitias intersit: & cùm hæc in proclini sita sint, nec pauperies honestatẽ, vel turpitudinem diuitie allatura sint, si egestatẽ rerum victui necessariarum copijs præferas, ineptire videaris. & adhuc illud absurdius, si quis sanitatẽ corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postrema dementiæ est, cùm quis pulchritudinem virtutis oculis animæ viderit, utilitatẽque usu & ratione perspexerit, non ignarus quantũ dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione vitiorum, tamen addictũ se velit vitijs. Corporum sanitatem, vires, indolentiam, ceteraque eiusmodi bona extraria, item diuitias, & cetera quæ fortune commoda dicimus, ea non simpliciter bona nũcupanda esse. Nam si quis ea possidens, usu se abdicet, ea sibi inutilia erunt. Siquis autem eorum usum conuertit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur. Unde colligitur, bona hæc simpliciter dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, ut pauperiem, ceteraque existimari mala oportet. Nam qui tenuis est, si modificetur, nullã noxam ex eo sentiet. Etiam qui recte pauperie sua utitur, nõ solum nihil capiet incommodi, verum ad toleranda cetera melior

melior atque præstantior erit. Si igitur nec habere pauperem, neque eam ratione regere contrarium est, paupertas malum non est. Voluptatem verò neque bonum esse absolute, neque simpliciter malum: sed eam quæ sit honesta, nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam verò, quam aspèrnatùr natura ipsa, turpi deletione quæ sitam, vitari oportere censebat. Solitudinem & laborem, si naturales essent, & ab ipsa virtute descenderent, & essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles dicebat esse. Sed si aduersum naturam turpissimarum rerum causa gignerentur, malas detestabilisq; esse. Non sola inuita voluntate accidere animis, conuenire corporibus, sed esse medium quendam statum: qualis est, cum abest tristitia, nec tamè letitiam adesse sentimus. Ex his quæ in nobis sunt, primùm bonum atque laudabile est virtus, bonum studentibus. Ideò honestum appellari oportet: solum quippe quod honestum est, bonum dicimus: & malum, turpe. & merito, quod turpe est, bonum non potest dici. Amicitiam aut sociam, eamque consensu consistere, recipiamq; esse, ac dilectionis vicem reddere, quando reclamatione equaliter. Hoc amicitia commodo prouenit, cum amicus eum quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Aequalitas ista non aliter prouenit, nisi similitudo in utroque paritate charitatisque conueniat. Pares enim paribus irresolubili nexu iunguntur: ita discrepantes, & inter se disiecti sunt, nec aliorum amici. Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malevolentia per morum dissimilitudinem, & distantiam vite, & sectas, atque ingenia contraria. Alia etiam amicitia genera dicit esse: quarum pars voluptatis gignitur causa, pars necessitatis. Necessitudinis & liberorum amor natura congruus est. Alius abhorrens ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur: & est appetitus ardens, cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum, in eo quod viderint totum hominem putant. Eiusmodi calamitates animarum, amicitia

tias idē appellari vetat, quæ nec mutue sunt, nec reciproca
 ri queant, ut ament, quæ redamantur, nec constantia illis
 absit, & diuturnitas desit, amorēque eiusmodi societate ac
 pœnitentia terminentur. Plato tres amores hoc genere dimi-
 merat, quod sit unus diuinus, cum incorrupta mente &
 virtutis ratione conueniens, non pœnitendus. Alter dege-
 neris animi, & corruptissima voluptatis. Tertius ex utro-
 que permixtus, mediocris ingenij, & cupidinis modice. A-
 nimas verò fusciores impelli cupidine corporum: unū quod
 illis propositum est, ut eorum usura potiantur, atque eius-
 modi voluptate & delectatione ardorem suum mulceant.
 Ille verò facetus & urbane sunt. Animas honorū de amare,
 & factum velle uti qui potiantur plurimū bonis artibus, &
 meliores præstantiorēque reddantur. Medias ex utroque
 constare: nec delectationibus corporis prorsus carere, &
 lepidis animarum ingenijs capi posse. Vt igitur ille amor
 deterrimus ac inhumanissimus atque turpis, non ex rerum
 natura sed egritudine corporali, morbōq; colligitur: sic ille
 diuinus, Deorum munere beneficioque concessus, aspirante
 cœlesti Cupidine in animos hominum credatur venire. Est
 amoris tertia species, quam diximus mediam, diuini atq;
 terreni proximitate collectus, nexūque & consortio pa-
 rili copulatus: & ut rationi propinquus est diuinus ille, ita
 & terrenus ille turpitudini iunctus est voluptatis. Culpabi-
 lium autem virorum quatuor formæ sunt: quarum prima
 honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis,
 tyrannica* damnationis ultima. Quapropter euenit primū
 illud mentibus vitium, cum vigor rationis elanguerit, supe-
 riōrque robustior fuerit anime portio in qua ira* domina-
 tur, oligarchia dicitur. Ea sic nascitur, cum propter peñi-
 mum partem eius partis anime quæ ex cupiditatibus con-
 stat, non solum rationalis & irascemie loca possidentur,
 sed etiam eius quæ non necessarias cupidines aciunt. Huc
 ralem, Plato lucricupidinem, atque accipitrem pecunie ro-
 mini-

minavit: qualis popularis existit, cum indulgentia cupidines laborata, non solum iustis desiderijs exardescunt, sed his aequè obuia atque occurrentes, & illam consiliariam, & illam alteram rationabilem animam conditionibus suis preferunt. Tyrānidis est luxuriosa & plena libidinis vita, quae ex diuersis & illicitis voluptatibus conflata, mēte tota dominatur. Quis itaque non pessimū eum, non solum turpem, & damnosum, & contemptorē Deorum, & immoderatam, & inhumanam, atque insociabilem vitam ait viuere? Sed nec cum proximis secūmve congruere, atque ideo non modo à ceteris, verum etiam à se discrepare: nec alijs tantum sed sibi inimicum esse: & iccirco hunc talem neque bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse: sed illis pessimum videri, quod nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquam in agendis rebus expedi se posse, non solum propter inscitiam, sed quod ipse etiā sibi sit ignotus, & quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incepta eius, atque meditata consilia, nec permit.ens quicquam eorum quae uolet. Quapropter pessimo deterrimō quae, non ea tantum vitia quae secundum naturam sunt, pariunt execrabilitatem (ut est inuidia, ut est de alienis incommodis gaudium) sed etiā quae natura non respuit: voluptatem dico, atque egritudinem, desiderium, amorem, misericordiam, metum, pudorem iracundiam. Iccirco autem hoc euenit, quod immoderatum ingenium, in quacunque prouerit modum non habet: atque ideo semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc eiusmodi hominis amor omni tenore corruptus, quod non solum effrenatis cupiditatibus & inexplicabili siti haurire auet omnia genera voluptatis, sed etiam quod formae iudicio, irrationabili errore distrahitur; ignorans veram pulchritudinem, & corporis effoetam & eneruam & fluxam cutem de amans: nec saltem coloratos sole, aut exercitatione solidatos, & opacos umbra, vel molles desidia, sed cura

nimia modulatos artus magni facit. Non sponte grassari
 malitiam, multis modis constat. Namque iniuriam inordi-
 natam passionem & aegritudinem mentis esse ait: unde li-
 quidò arbitratur, homines non sponte ferri. Quis enim tan-
 tum mali voluntate susciperet, ut in optima mentis sue
 parte scelus & flagitiū sciens veheret? Cum ergo possessio
 mali ab imprudentibus capitur, usum eius & actiones o-
 portet ab ignorantibus sustineri. Idcircoq; id peius est, quàm
 noceri. Etenim in his rebus nocetur quæ sunt viliores, cor-
 poris scilicet, quæ vel imminui possunt, vel fraudibus inte-
 rrire, illæ sicut potioribus, quæ ad ipsam attinent animam. Sed
 eis nocere longè peius esse. Ex quo intelligi potest, quòd a-
 nimis bonis eo vitio pernicies, infertur: plusque illi nocet
 qui alium cupit perditum, quàm illi nocet aduersum quem
 talia machinatur. & cum noceri alteri malorum omnium
 noxium sit, multo grauius est, si qui nocet * abeat impune:
 grauiusque & acerbius est omni supplicio, si noxio impuni-
 tas differatur, nec hominum interim animaduersione ple-
 etatur. Sed grauius, quàm acerbissimorum morborum care-
 re medicina, medentes fallere: nec vri, nec secari eas par-
 tes, quarum dolore incolumitati residuarū partium consu-
 latur. Quare, ut optimi medici conclamatis de sberatisque
 corporibus non adhibent medenteis manus, ne nihil profu-
 turæ ratio doloribus spatia promulget: ita eos quorum ani-
 mæ vitijs imbutæ sunt, nec curari queunt, medicina sapien-
 tiæ emori præstat. Nam cui nec ex natura, nec ex industria
 rectè viuendi studium conciliari potest, vita existimat Pla-
 to esse pellendum: vel si cupido vita eum teneat, oportere
 sapientibus tradi, quorū arte quadā ad rectiora flectatur.
 Et est sane melius talem regi, nec ipsum in alios habere po-
 testatem, nec dominari: sed seruire, ipsum aliorum adijci
 potestati, parendi potius quàm iubendi officia sortitum. Vi-
 rum pessimum non solum deteriore esse dicebat, quòd di-
 strahatur semper additione vitiorū, etsi desiderium estibus
 differ-

adici. lego.
 non adici.

differtur: qui quanto plurimum cupidior sit, tanto sibi met e-
 gētior, & propterea à alijs videri potest. Sperata quippe, at-
que exoptata vix pauca, & cum maxima ærumna proue-
niunt. Hisq; flagrantiores cupidines florésq; succedunt: nec
 futuris tantummodò angitur malis, verum etiã præteritis
 transactisq; torquetur, quos omneis morte sola ab eiuscemo
 di malis deduci posse manifestum est. Sed ad primè bonos,
 etiã sine mediocritate deterrimos, paucos admodũ, vario-
 resque etiã (vt ipse ait) numerabiles esse: eos autem, qui
 nec planè optimi, nec oppidò deterrimi sint, sed quasi me-
 die morati, plures esse. Sed neque superiores obtinere recta
 omnia, neq; inferiores in omnibus labi. Horũ vitia nec gra-
 uata, nec intèpestiua sunt, aut minimum criminosa: quorũ
 substantia est ex redundãtia vel defectu, quibus & adpro-
 bationis integritas & modus est. & qui inter laudem vitu-
 perationemque mediã viam vadant, usque capeffendarũ
 eiusmodi studia excitantur, vt nunc boni atque honesti eos
 ratione inuitent, nunc inhonesta lucra & turpes illiciant vo-
 luptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseueret,
 & amores non semper improbi, nec honesti tamen, eorum a-
 nimos incurrunt. Perfectè sapientè esse nõ posse dicit Plato,
 nisi ceteris ingenio præstet artibus, & prudentiæ partibus
 absolutus, atque à puero iam imbutus, factis congruenti-
 bus & diutis assuetus, purgata & effœta animi voluptate,
 eiectis ex animo hinc abstinentia atque patientia, atque
 doctrinis rerũ scientia eloquentiãque venientibus. Eum,
 qui per hæc profectus fidenti & securo gradu virtutis via
 graderetur, adeptum solidam viuendi rationem, repètè fie-
 ri perfectum: hoc est, repentè præteriti futurique cui vlti-
 mas partes attingere, & esse quodammodò intemporalẽ.
 Tum post hæc vt his exclusis, insertisq; & immisus omni-
 bus que ad beatam vitã fuerunt, non ex alijs pendère, nec
 ab alijs defferri sibi posse, sed in sua manu esse, sapiēs rectè
 putat. Quare nec in secundis rebus effertur, nec contrahi-

tur in aduersis, cum se ornamentis suis ita instructū sciatur, ut ab ijs nulla vi segregetur. Hunc talem non solum inferre, sed ne referre quidē oportet iniuriam. Nō enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat, quam patientia firmiter toleret. Qua quidem natura lege in animo eius sculptum sit, quod nihil horum possit nocere sapienti, quae opinantur ceteri mala esse. Equidem sapientem illum, conscientia sua fretum securum & confidentem, in omni vita dicit futurū, quod & omnia accidentia reputet, & ad meliores rationes trahat, & quod nihil morosē vel difficulter excipiat, sibiq; persuaserit pertinere res suas ad immortales Deos. Idē ille diem mortis suae propitius nec inuitus expectat, quod de animae immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis, sapientis anima remigrat ad Deos, & pro merito vitae purius castiusve transacta, hoc ipso Deorum se conditioni conciliat. Eundē sapientē optimū nominat, ac bonū, ac prudentē recte arbitratur: cuius sanē consilia cū factis rebus congruunt, & cui principia profecta sunt à iusti ratione. Ad hoc sapientē & fortissimum dicit esse, eum qui vigore mentis ad omnia percipienda sit paratus. Inde est quod fortitudinem nervos animi, ipsasq; ceruices ait: ut ignauiā animi animae ait imbecillitati esse finitimam. Diuitē hunc solum quidē recte putat; quippe cū thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutes: quia etiam solus sapiens, opes potest in vrbibus necessarijs regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri quamuis sint opibus affluentes, tamen quod vel usum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas partes, inopes videntur. Egestatem namque non abstinentia pecuniae, sed presentia immoderatarū cupidinum gignit. Philosophum oportet, si nihil indigens erit, & omni fortuna contumax, & superior ijs quae homines acerba toleratu arbitramur, nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare: & ideo existi-

mandum

mandum philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemque moriendi. Bonos omnibus inter se oportet amicos esse, etsi sunt minus noti: & potestate ipsa, qua mores eorum, sectaeque conveniunt, amici sunt habendi. Paria quippe à similibus non abhorrent. Unde inter solos bonos fidem amicitiae esse constat. Sapientia boni amatorem adulescentem facit, sed eum qui probitate ingenij sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamat: sed cum corpus expeitur, pars eius deterior est cordi* dure. Igitur putandum est, eum qui sit ignarus bonorum, cupitorem quoque eiusmodi rebus esse. His enim solus* bonis desiderijs accenditur, qui bonum illud oculis animi videt: hoc est esse sapientem. Istud quoque quoniam qui est ignarus, osor quoque, nec amicus virtutū sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens nō modo meræ voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, nisi profecta fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum huiusmodi voluptate oportet vitam vivere honestam, & admirabilem, plenamque laudis & gloriae: neque harum modo rerum causa ceteris omnibus praeferrī, verum etiam incun- ditate & securitate solū & semper frui. Nec angetur charissimis orbatu affectibus: vel quòd ex se omnia sunt apta, quae ad beatitudinē pergūt, vel quòd decreto & lege recta rationis interdicitur eiusmodi afflictatio. Et quid si de tali se causa discruciet, illam aegritudinē vel propter eum qui est emortuus suscipiat, quasi in peiore sit parte: aut sua gratia, quòd tali necessitudine doleat se privatū esse? Sed neque obiti causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bona voluntatis, etiā melioribus aggregatur. Neque enim alieni gratia, ut qui in se reponit omnia, nec cuiusquā absentia virtutis esse indigens potest, cuius perpetuam possessionem sibi vindicat.

Igitur sapiens non erit tristis. Sapientia finis est, ut Dei me-
 ritis sapiens prouehatur: hancque futuram eius operam,
 ut emulatione vita ad Deorum actus accedat. Verum hoc
 ei poterit prouenire, si virum perfecte iustum, pium pruden-
 tem se praebeat. Vnde non solum in prospectandi cogitatio-
 ne, verum etiam agendi opera sequi eum conuenit, quae Dijs
 atque hominibus sunt probata. Quippe cum sumus Deorum
 cuncta haec non solum cogitationum ratione consideret, sed
 prima, media, & ultima obeat, compertaque intima prou-
 dentia ordinationis uniuersitate & constantia regat. Verum
 enimvero illud omnibus beatum videri, cui & bona suppe-
 tunt, & quemadmodum carere vitis debeat, callet. Vna
 quidem beatitudo est, cum ingenij nostri praesentia tutamur,
 quae perficimus. Alia, cum ad perfectionem vitae nihil deest,
 atque ipsa sumus contemplatione contenti. Vtrarumque
 autem felicitatum origo & ex virtute manat, & ad orna-
 mentum quidem genialis loci est virtutis. Nullis extrinse-
 cis eorum, quae bona dicimus, adminiculis indigemus. Ad
 usum autem vitae communis, corporis cura, & eorum quae
 extrinsecus veniunt, praesidijs opus est: ita tamen, ut haec ea-
 dem fiant virtute meliora, eiusque suffragio beatitudinis
 commodis copuletur, sine qua haec in bonis minime sunt ha-
 benda. Nec frustra est, quod sola virtus fortunatissimos
 potest facere, cum absque hac ex alijs prosperis non possit
 felicitas inueniri. Sapientem quippe pedisequum & imi-
 tatorum Dei dicimus, & sequi arbitramur Deum, id est in Deo.
 Non solum autem oportet, dum vitam colit, digna discere, nec
 ea agere quae eorum maiestati displiceant, verum & tunc
 cum corpus relinquit: quod non faciet inuito Deo. Nam etsi in
 eius manu est mortis facultas, quamvis sciat se terrenis reli-
 ctis consecuturum esse meliora, nisi perpetuandum istud lex diui-
 na decreuerit, accersire tamen eum mortem non debere. etsi ante
 acta vitae ornamenta cohonestant, honestiorem tamen esse,
 secundum rumoris oportet, cum securus de posteritatis sua
vita

vita, ad immortalitatem animam ire permittit: eoque quod
 pie vixerit, percipit fortunatorum habitaturam locum, in
 Deorum choreis semideumque permistam. De civitatum
 verò constitutione, de observatione regendarum rerum pu-
 blicarum, ita iubet Plato. Nam principio civitatis desinit
 formam ad hunc modum: Civitatem esse coniunctionem ho-
 minum plurimorum, in quibus sunt regentes, alij ceterio-
 res coniuncti inter se concordia, & inuicem sibi opem at-
 que auxilium deferentes, iisdem legibus, rectis tamè, officia
 sua temperantes, unamque civitatem, iisdem mœnibus il-
 lam futuram, & eadem velle & nolle incolarum mentem
 assueverunt. Quare suadendum fundatoribus rerum
 publicarum, ut usque ad id locorum, plebes suas ab eo-
 dem eidem rectori noti esse possint, nec sibi met incogniti: sic
 enim fiet, ut omnes una mente sint, æquumque sibi factum
 velint. Magnam sanè civitatem non habitantium multitu-
 dine, eorumque magnis viribus uti oportet. Vires enim
 non corporis, nec pecunie, collectas dominatione multorum,
 estimandas putat, cum vecordia impotentiaque: sed cum
 decreto cõmuni virtutibus omnibus ornati viri, incola, &
 omnes fundati legibus obsequuntur. Ceteras verò, quæ non
 ad hunc modum forent constitutæ, non arbitratur sanas
 civitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quæ or-
 dinatæ ad instar animarum forent: ut pars optima, quæ sa-
 pientia prudentiæque præcellit, imperitet multitudini: & ut
 illa totius habet curam corporis, ita prudentiæ delectus tueat-
 ur uniuersæ cõmoda civitatis. Fortitudo etiã, pars virtu-
 tis secunda, ut vi sua ad petentiã castigat, & reprimat, ita
 in civitate vigilet, excubitorum loco quidem, militi inuen-
 tus, pro utilitate cunctorum: sed inquietos & indomitos, ac
 propterea pessimos cives, refrenet, cõtineat, ac si necesse sit,
 frangat potioris cum consilij disciplina. Illam verò deside-
 riorum tertiã partem plebi & agricolis parem dicit, quam
 existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rem
 publicam negat posse consistere, nisi is qui imperitet habeat

sapientia studium, aut is ad imperandum eligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constet. Et huiusmodi moribus cunctos cives imbuendos esse dicit, ut ijs in quorum tutelam atque fidem respublica vlla credatur, auri atque argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie communi priuatas opes adpetant, nec huiusmodi hospitia succedant, ut ceteris ianua non reclusa, cibos victumque ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis infumant. Matrimoniaque non priuatim maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus eiusmodi nuptias publice ciuitatis sapientibus & magistratibus, & sorte quadam ei negotio preeditis: idque precipue curantibus, ne dispares sui, vel inter se dissimiles copulentur. His aduertitur utilis necessariaque confusio, ut permixta nutrimenta puerorum, ignotorum adhuc, agnitionis parentibus afferat difficultatem: ut dum suos liberos nesciunt, omnes, quos viderint eius aetatis, suos credant, & veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hac ipsorum connubiorum queritur tempestiua coniunctio: cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musica dierum consonent numeri: & qui de talibus nuptijs erunt orti, studijs congruentibus imbuentur, & optimis disciplinis communi praeceptorum magisterio docebuntur, non virile tantummodo, verum etiam foeminarum: quas vult Plato omnibus partibus, quae proprie virorum putantur, coniungendas esse, bellicis etiam: quippe cum utrisque natura una sit, eandem esse virtutem. Eiusdem ciuitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere, regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, ceteras leges non requirat. Et hanc quidem, ut figmentum aliud veritatis, exempli causa per se composuam vult esse rempublicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidem specie, & dicis causa Ciuitas fabricata, non ut superior sine eidenti, sed iam cum aliqua* substantia in

hac non suo nomine, & de statu & de commodo ciuitatis
 requirens originis eius, principia & fundamenta disponit:
 sed eò tendit, quemadmodum civilis gubernator eiusmodi
 locum, conuentusque multitudinum nactus, iuxta naturam
 presentium rerum & conuenarum, debeat facere ciuita-
 tem plenam bonarum legum & morum bonorum. In hac e-
 quidem easdem puerorum nutritiones, easdem vult esse
 artium disciplinas. Sed in connubijs & partibus ac do-
 mibus desciscit à prioribus, obseruatione reipublice ma-
 trimonia priuata & singularia faciens pro quoque ipso-
 rum. Et si in contrahendo matrimonio consulere volunta-
 tem suam debeant, vniuersæ tamen ciuitatis principibus,
 vt communis commodi causam decernit, spectandam esse.
 Quare & dites inferiores nuptias non recusent, & locu-
 pletium consortium inopes consequantur: & si vires opum
 congruunt, ingenia tamen diuersa miscenda esse, vt iracun-
 do tranquilla iungatur, & sedato homini incitator mulier
 applicetur: vt talibus obseruationum remedijs, soboles na-
 tura discrepante confecta, mox prouentu meliore coales-
 cat: & ita compositarum domorum opibus ciuitas angea-
 tur, puerperiaque ipsa morum dissimili seminio concepta,
 cum vtriusque instar similitudinis traxerint, neque illis vi-
 gorem in rebus gerendis, neque tamen spectandis consi-
 lium defuturum. Instituiendos vero esse eos, ubicunque ciui-
 tatis parentes censuerint. Domos vero & possessiones ha-
 beant priuatas, vt queunt singuli: quæ quidem nec immen-
 sum augeri per auaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut
 deseri per negligentiam sinant. Legesque ciuitati huic
 promulgari iubet, & legum moderatorem, cum aliquid
 tale concipiet, ad contemplandas virtutes hortatur. Im-
 peritandi autem modum eum esse utilem censet, qui ex-
 tribus fuerit temperatus. Nec enim vel optimatum, vel
 etiam popularis imperij solos & meros status utiles arbi-
 tratur: nec impunitas rectorum culpas relinquit: sed ma-

gis censet his debere constare rationem, qui sint potiores potestate. Et alij publicarum rerum status definiti ab eo. In actiuosa uero ciuitate describit, quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate & iustitia conducta habeantur. Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, iniuriam refrenabunt, prudentia ornamentis, ceterisque honores maximos deferentes. Nec temere multitudo conuolet ad eiusmodi rerum publicarum status, nisi qui optimis legibus & egregijs institutis fuerint educati, moderati erga ceteros inter se congruentes. Quatuor culpabilium ciuium genera sunt: unum eorum qui sunt honore precipui: alterum paucorum, penes quos rerum est potestas: tertium omnium: ultimum dominationis tyrannica. Et primum quidem fit, cum prudentiores uiri per magistratus seditiosos ciuitate pelluntur, deseriturque potestas ad illos, qui sunt manu tantummodo strenui: nec ij qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur iam iam imperij facultatem, sed qui turbidi, violentique sunt. Paucorum uero status obtinetur, cum inopes, criminosis, multi simul paucorum diuitum potentia subiacentes, dederint se, atque permiserint: omnemque regendi potestatem nec mores boni, sed opulentia fuerit consecuta. Popularis autem factio roboratur, cum inops multitudo obtinuerit aduersus diuitum facultates, lexque inssu populi fuerit promulgata, ut ex equo liceat omnibus honores capessere. Ad haec, tyrannis illa, singulare dominationis caput, tunc oritur, cum ciuis, qui leges contumacia sua ruperit, simili legum coniuratione adoptatus imperium inuaserit, constituens deinceps, ut omnis ciuium multitudo desiderijs eius & cupiditatibus parens, obsequium suum tali fine moderetur.

L. APVLEII MADAVRENSIS
 PHILOSOPHI PLATONICI,
 de Deo Socratis
 Liber.

QUod si me voluistis dicere ex tempore, accipite rudimentum post experimentum. Quippe, prout mea opinio est, bono periculo periculum faciam, postquam reprobata meditata sum dicturus incognita. Nec enim metuo, ne in frivolis displiceam, qui in gratioribus placui. Sed me omnisariam noveritis, & in isto, ut ait Lucilius, schedico & incondito experimini, an idem sim repentinus, qui preparatus. Si qui tamen tu vestrum nondum subitaria ista nostra cognoscitis, quae scilicet audietis, pari labore quo scribimus, venia propensiore qua legimus. Sic enim ferme assolet apud prudenteis viros esse in operibus iudicatio reseratiore, in rebus subitariis venia prolixior. Scripta enim pensculatis & examinatis: repentina autem noscitis simul & ignoscitis: nec iniuria. Illa enim quae scripta legimus, & tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt: haec vero impraesentiarum, & quasi nobiscum patienda sunt, talia erunt, qualia vos illa fauendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor, tanto a vobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libenter audire. Proinde in manu vestra situm est, vela nostra sumere, & iam immittere, ne pendula & flaccida, ne restricta & caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, experiar: Aristippus ille Cyrenaica sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi philosophiae studium tam impensum, tamque diutinum profuisset? Aristippus respondit, Ut cum omnibus, inquit, hominibus secure & intrepide fabularer. Verbo subito sumpta sententia est, quia de repentino oborta est, quam, velut in materia lapides temerario interiectus,

poni necesse est, neque interiecto intrinsecus pondere, neque inclinato profunde situ, neque cohibentibus ad regulam lineis. Quippe qui structum orationis huius egomet, non è monte modo lapidem directò caesum afferam, probe omnifariam complanatum * leniter, ad extremas oras ad unguem coequalium: sed quæ operi accommodem, vel inæqualitate aspera, vel leuitate lubrica, vel angulis eminu-
la, vel rotundo volubilia, sine regulæ correctione, & mensura parilitate, & perpendiculari solertia. Nulla enim res potest esse eadem, festinata simul & examinata: nec esse quicquam omnium, quod habeat & laudem diligentia sua simul, & gratiam celeritatis. Præbui me quorundam voluntati, qui oppidò voluerunt, quæ à me desiderabantur, ut dicerem ex tempore. Et est Hercule formido, ne id mihi euenerit, quod coruo suo euenisse Æsopus fabulatur. Id erit, ne dum laudem hanc nouam captare apparatus illa, quam antè peperit, cogar amittere. Sed de Apologo queritis: non pigebit aliquid fabulari. Coruus & vulpes unam offulam simul viderant, eamque raptum festinabant pari studio, impari celeritate: vulpes cursu, coruus volatu. Igitur ales bestiam præuenit, & secundo flatu, passis alis, utrunque prælabitur. & iam anticipat, atque ita præda simul & victoria letus, in sublime euectus, in quadam proxima queru, in summo eius cacumine tutus sedit. Eoque tum vulpes, quò alipedem ne quibat consequi, dolum iecit. namque eandem arborem successit: & subsistens, cum supernè victorem præda ouantem videret, laudare astu adorta est. Næ ego inscita, quæ cum alite Apollinis frustra certauerim: quippe * cum pridem tam coccinum est, neque oppidò paruum, neque nimis grande sit, sed quantum satis ad usum, decorumque pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. lam ipse oculis perspicax, unguibus tenax. Næ de colore quid dicam? Enimvero cū duo colores præstabiles forent, piceus & niueus, quibus inter se nox cū die differunt, utrunque colorem

lorem Apollo suis alitibus condonauit, candidum olori, nigrum coruo. Quod utinam sicuti cygno cantum indulset, ita huic quoque vocem tribuisset: ne tam pulchra ales, quæ ex omni* à vitio longè præcellit, viduata deliciae facundi Dei, muta viueret, & elinguis. Id verò ut coruus audit, hoc solum sibi præ cæteris deesse, dum vult clarissimè clangere, ut ne ad hoc saltem olori concederet, oblitus offulæ, quã mordicus retinebat, toto rictu hiauit: atq; ita quod uolatu pepererat, canu amisit. Enimverò vulpes, quod cursu amiserat, astu recuperauit. Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. Coruus ut se vocalem præberet, quod solum deesse tante eius forme vulpes simulauerat, crocitate adortus, * prædam quã ore gestabat, in seductricem cõpetiuit. Iamdudum scio, quòd hæc significari flagitetis vobis Latine, ut neutra pars vestrum, nec qui Græcè nec qui Latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter si ita videretur, satis oratio nostra atticissaueru. Tèpus est, in Latinum demigrare de Græcia. Nam & questionis huius fermè media tenemus: & quãtũ mea opinio est, pars ista posterior per illa Græca quæ anteuertit, nec argumentis sit* efficacior, nec sententys rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior. Plato omnem naturam rerum, quæ ad animalia iure pertineat, trifariam diuisu: censuitque summos Deos, summum medium, & infimum. Fac intelligas non modo loci distinctione, verum etiam natura dignitate, quæ & ipsa neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernitur. Ordini tum manifestius fuit à loci dispositione. Nam, perinde ut maiestas postulabat, Dijs immortalibus cælum dicauit: quos quidè Deos cœlites partim visu usurpamus, alios intellectu vestigamus. Ac visu quidem cernimus:

-- Vos ò clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Nec modo ista præcipua, Solem diei opificè, Lunamque

E iij

*Solis amulam, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu pertumida, seu plena sit; varia ignium face, quanto longius ea cessat à sole, tanto longius collustrata; pari incremento itineris & luminis, mensem suis actibus ac paribus dispendijs extimans: seu illa proprio seu perpeti candore (ut Chaldaei arbitrantur) parte luminis compos, parte altera * cassa, fulgoris, pro circumuersione oris, discoloris, multinaga, pollens, speciem sui variat: seu tota proprii candoris expers, aliena lucis indiga, denso corpore, seu leui, ceu quodam speculo radijs solis obsistit, & aduersi vsurpat (ut verbis utar Lucretij)*

—Notam iactat de corpore lucem.

Vtraque ex animarum vera sententia est. Ne haec posse à video cur neque de Sole, neque de Luna quisquam Graecus aut Barbarus facile coniectauerit Deos esse, nec modò istos (ut dixi) verum etiam stellas, quae vulgò ab imperitis nuncupantur: quae tamen indeflexo & certo & statò cursu meatus longè ordinatissimos diuinis vicibus aeternos efficiunt. Varia quippe curriculi vicissitudine assimulant pro situ & flexu, & obstituto circulatorum, quos probè callet, qui signorum ortus & obitus comperit in eorum visibilibus Deorum numero. Cetera quoque sidera, qui cum Platone sentis, locato: Arcturum, Geminos, Leonem, aliòsque itidem radianteis Deos, quibus caeli chorù* cõputi & coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus, seuera gratia, toruo decore, suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata calamina. Est aliud genus Deorum, quod natura visibus nostris denegauit: nec non tamen intellectu eos mirabundi contemplanur, acie mentis acrius contemplantes. Quorum in numero sunt illi duodecim numero, situ nominum in duos versus ab Ennio coarctati:*

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apo Ilo.

Cat

Ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita. Possumus verò animis coniectare, per varias utilitates in vita agenda animaduersas in ijs rebus, quibus eorū singuli curant. Ceterum prophana philosophiæ turba interiorum, vana sanctitudinis, priua vera rationis, inops religionis, imposita veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spiritu, Deos negligit: pars in superstitionem, pars in contemptum tumida. Hos namque cunctos Deos, in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos plurimi, sed non ritè * venerantur omnes, sed insciè, metuunt: pauci, sed impie, diffitentur. Quos Deos Plato existimat veros, incorporaleis, animaleis, sine ullo neque fine neque exordio, sed prorsus ac retrò æternos, corporis contagione sua quidem natura remotos, ingenio ad summam beatitudinem porrecto, nullius extrarij boni participatione, sed ex bono & ad omnia competentia prono nutu, facili, simplici, libero & absoluto: quorum parentem, qui omnium rerū dominator atque autor est, solum ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendi ve, nulla vice ad alicuius rei mutua obstructum. Cur ego nunc dicere exordiar, cum Plato cœlesti facundia præditus, equiparabilia Dijs immortalibus differens, frequentissime prædicet, hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate, & ineffabili, non posse penuria sermonis humani, quauis oratione vel modicè comprehendi vix sapientib. viris, cū se vigore animi quantum licuit, à corpore semouerint, intellectū huius Dei: * id quoque interdū velut in * arctissimis tenebris, rapacissimo coruscamine lumē candidum intermicare. Missum igitur hunc locum faciam, in quo non mihi tantum, sed ne Platoni quidem meo valuerūt vlla verba pro amplitudine rei suppetere. Quid igitur faciam in rebus mediocritatem meam, & quidē longe superātibus? receptui canam, tādēque orationē de cœlo in terrā deuocabo, in qua præcipuum animal homines sumus:

quarquam plerique se incuria disciplina ita omnibus er-
 roribus deprauarunt, ac piacularibus sceleribus prae-
 buerunt, & propè exesa mansuetudine generis sui, immane
 efferarunt, ut possit videri nullum animal in terris homine
 postremius. Sed nunc nō de errorū disputatione, sed de na-
 tura distributione differamus. Igitur homines ratione* plu-
 dentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribus
 membris, leuibus & anxius mentibus, brutis & obnoxius
 corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, per-
 uicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca,
 singulatim* mortales cunctis, tamen uniuerso genere perpe-
 tui, vicissim sufficiens prole mutabiles, volucris tempore,
 tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt.
 Habetis interim bina animalia, Deos ab hominibus pluri-
 mum differentes, loci sublimitate, vitae perpetuitate, naturae
 perfectione, nullo inter se propinquo communicatu, cum
 habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigij
 dissepescat, & viuacitas illic aeterna & indefecta sit; hic ca-
 duca & subsiciua: ingenia illa ad beatitudinem sublimata
 sint, haec ad miseras infimata. Quid igitur? nullōne cō-
 nexu haec natura se iunxit, sed in diuinā & humanā partem
 se iungatā esse & interruptā, & veluti debile passa est? Nā,
 ut idē Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus: sed hoc
 praecipuum eorū sublimitatis specimen est, quod nulla con-
 tractione nostra contaminatur. Pars eorum tamen obtutu
 hebeti visuntur, ut sidera: de quorum adhuc & magnitu-
 dine, & coloribus, homines ambigunt. Caelo autem soli in-
 tellecta, neque prompto noscuntur. Quod quidem mirari
 super his immortalibus nequaquam congruit, cū alioquin
 & inter homines qui fortuna munere opulentia elatus, &
 usque ad regni mutabilem suggestum & pendulū tribunal
 euectus est, raro aditus, & longe remotis arbitris in qui-
 busdam dignitatis suae penetrabilibus degens. Parit enim cō-
 uersatio contemptus, raritas cōciliat ipsa rebus admiratio-
 nem.

nem. Quid igitur, (orator obiecerit aliquis,) primò istam
 cœlestem quidem sed penè inhumanam tuam sententiam,
 missã faciã? si omnino homines à Dijs immortalibus procul
 repelluntur, atque ita in hac terra Tartara relegantur, ut om-
 nnis sit illis aduersus cœlestes Deos communio denegata,
 ne quisquam eos è cœlitũ numero velut pastor, vel equisio,
 vel bubsequa, seu balantum, vel hinnientium, vel mugien-
 tiũ greges interuisat, qui ferocibus moderetur, morbidis me-
 deatur, egenis opituletur? Nullus, inquit, deus humanis re-
 bus interuenit. Cui igitur preces allegabo? cui vota nuncu-
 pabo? cui victimam cadam? quẽ miseris auxiliatorẽ, quem
 fauorem bonis, quem aduersatorẽ malis cum vita ciebo?
 Quem denique, quod frequentissimũ est, iureiurando uti
 potero inter Troianos stirpe cognatos, & fortasse inter gen-
 teis pralio cognitas? At enim inter nuculos recẽs cognitos, si
 nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet?
 An, ut ferocissimo Mezentio, Dextra & telum quod
 missile libro? Apagesis tã cruentos Deos: dexterã ca-
 dibus fessam, telumque sanguine rubiginosum. utrumque
 idoneũ non est, per quod adiures, ut ve per ista iurent, cũ
 sit summi Deorũ hic honor proprius. Nã & Iusurandum
 dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur iurabo? per Iouẽ lapidẽ,
 Romano vetustissimò ritu? Atqui, si Platonis vera senten-
 tia est, nunquam se Deum cum homine comunicare, faci-
 lius me audierit lapis quàm Iupiter. Non. Respondebit e-
 nim Plato pro sua sententia, mea voce. Non vsque adeò
 seiunctos & alienatos à nobis Deos prædico, ut ne vota
 quidẽ vestra arbitrer peruenire. Neque enim illos sacris
 rerum humanarũ, sed à contrectatione sola remoueri. Care-
 rum sunt quedam diuine mediæ potestates, inter summum
 æthera & infimas terras, in isto intersit æ aeris spatio, per
 quas & desideria nostra, & merita ad Deos comeant. hos
 Græco nomine δαιμόνας nuncupant, inter mortales cœlico-
 lĩsque vectores, hinc precum, inde donorum: qui ultrò ci-

trōque portant, hinc petitiones, inde suppetias, ceu quidam utrinque interpretes & salutigeri. Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata, & magorum varia miracula, omnesque presagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero præditi curant singuli eorum providè, ut est cuique tributa provincia, vel somnijs cōfirmandis, vel extis* physiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis, ceterisque; adeò per quæ futura dinoscimus. Quæ cuncta celestium voluntate, & numine, & auctoritate, sed Demonum obsequio & opera atque cura, ut Annibali somnia orbitatè oculi cōmoneant, Flamini auspicia periculū cladis prædicent, Accio Nauio miraculū cotis adyciant: atque ut nonnulla regni futuri signa præcurrant, ut Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, Servius Tullius flāma colluminetur à capite. Postremò cuncta ariolūm, presagia, fulgurum bidentalibus, carmina Sibyllarū. quæ omnia (ut dixi) medicæ quæpiam potestates inter homines ac Deos* obediunt. Neque enim pro maiestate Deūm celestium fuerit, ut eorum quisquam vel Annibali somnium pingat, vel Flamini hostiam corrodat, vel Accio Nauio cotificet, vel Sibyllæ fatiloquia versificet, vel Tarquinio velit apicem reddere, Servio vero inflammare verticem, nec exurere. Nō est opera Dys su peris ad hæc descendere. Mediorum ista sortitio est, qui in aëris plagis terræ conterminis, nec minus consinibus cælo, perinde versantur, ut in quacunque parte naturæ propria sint animalia, & in æthere volantia, & in terra gradientia. Nam cum quatuor sint elemēta notissima, veluti quadrifariā natura magnis partibus* determinata, sintque propria animalia terrarū & flammarū (si quidē & Aristoteles autor est, in fornacibus flagrantibus quedā propria animalia pinnulis apta volitare, totūmq; eum suum in igni* diuersari, cum eo exoriri, cumque eo extinguī (præterea cum tot

vaga sidera, ut prius dictū est, sursum in aethere, hoc est in ipso liquidissimo ignis ardore compareant, cur hoc solū ex quatuor elementum aëris, quod tāto spacio intersitum est, cassum ab omnibus, desertūque à cultoribus suis, natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerētur, ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta? Nam quod quidam aues aëri* attribuunt, fulsum sentire meritiſſimò dixeris: quippe quum auis nulla earum ultra Olympi verticem sublimatur. qui cum excellentissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometra autumant, stadia** altitudo fastigij non equiparat, cum sit aëris augmentum immensum vsque ad* citima luna* felicem, quae porro aetheris sursum versus exordium est. Quid igitur tanta vis aëris, quae ab humilibus Lunae anfractibus, vsque ad summum Olympi verticem interiacet? Quid tum? vacabit ne animalibus suis, atque erit ista natura pars mortua ac debilis? Imò enim si seculò aduertat, ipsa quoque aues semper terrestre animal, non aërium, rectius perhibeantur. semper enim illis victus omnis in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile, tantūmque aëra proximum terrae volando transuerberant. Ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat ratio, debere propria etiam animalia in aëre intelligi, superest ut quae tandem eiusmodi ea sint, differamus. Igitur terrena nequaquam, deurgunt enim pōdere: sed nec flammæ, ne sursum versus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medieta media natura, ut ex regionis ingenio sit, & in cultoribus eius ingenium. Cedò igitur mente formemus, & gignamus omnino id genus corpus, tertia quaedam animalia, quae neq; sint tā bruta quàm terrea, neq; tā leuia quàm aetherea. sed quodāmodo utrinq; seingata. Velut enim utrinque commixta sint, siue amolita, seu modificata utriusque rei participatione: sed facilius ex utroque, quàm ex neutro

intelligentur. Habeant igitur hæc Dæmonū corpora modicum ponderis, ne ad superna incedant: aliquid leuitatis, ne ad inferna præcipitentur. Quod, ne vobis videar poetico ritu incredibilia confingere, dabo primum exemplum huius librata medietatis. Neque enim procul ab hæc corporis subtilitate nubes concretas videmus, quæ si vsque ad eò leues forent, ut ea quæ omnino carent pondere, nunquã infra iuga, ut sæpenumerò animaduertimus, grauate caput editi montis, ceu quibusdam curuis torquibus coronarent. Porrò si suapte natura tam spissæ ac graues forent, ut nulla illas vetustioris leuitatis admixtio subleuaret, profectò nõ secus quam plumbi globus, vel lapis, suapte vi caduca terris illiderentur. Nunc enim uerò pendula & mobiles, huc & illuc, vice nauium, in aëris pelago ventis gubernantur, paulatim immutantes proximitate & longinquitate. Quippe si aliquo humore foecunda sunt, veluti ad fletum edendum deorsum degrassantur. Atque omnino humectiores humilius meant, Aquilonis agmine, tractu segiores. Sudis verò sublimior cursus, & cum lanarum velleribus similes aguntur, cauo agmine, volatu perniciose. Nõne audis, quid super tonitruum Lucretius facundissime disserat?

Principiò tonitru quatiuntur cæcula cœli,
 Propterea quia* concurrant sublimè volantes
 Aetheriæ nubes, contrà pugnantibus ventis.
 Nec fit enim sonitus cœli de parte serena,
 Verùm, vbicunque magis dẽso sunt agmine nubes,
 Tã magis hinc magno fremitus fit murmure sepe.
 Quòd si nubes sublimè volitant, omnisque & exortus &
 terminus & retrò defluxus earum in terras est, quid tandem
 futura censes Dæmonum corpora, quæ sunt concreta
 multò minùs, & tantò subtiliora? Non enim sunt ex hæc
 faculenta nubecula, tumida caligine conglobata, sicuti nubium
 tenuis est, sed ex illo purissimo aëris liquido & sereno
 elemento coalita: eaque nemini hominum temerè visibili-
 lia,

lia, nisi diuinitus speciem sui offerant. quòd nulla in illis terrena soliditas locum luminis occupauerit, qui nostris oculis possit obsistere, qua soliditate nostra offensa acies immoretur: sed fila corporum possident rara & splendida, & tenuia usque adeo, ut radios omnis nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur. Hinc illa Homericæ Minerua, quæ medijs cœtibus Graiùm cohibendo Achilli interuenit. Versum Græcum, si paulisper operiamini, Latine enuntiabo: atque adeo hic sit impræsentiarum. Minerua igitur, ut dixi, Achilli moderando iussu Iunonis aduenit,

Soli perspicua, ast aliorum nemo tuetur.

Hinc & illa Virgiliana matrona, quæ in medijs milibus auxiliabunda fratri conuersatur,

--Miscetque viris, nec cernitur vlli.

Protinusque Plautinus miles super chypeo suo gloriatur,

Præstringens oculorum aciem hostibus. Ac ne cunctos longius persequar, ex hoc ferme Dæmonum numero poetæ solent, haud procul à veritate, *censores causæ & amatores quorundam hominum Deos fingere, * & tueri illos: interdum aduersari & affligere. Igitur & misereri, & indignari, & angere, & letari, omnemque humani animi faciem pari, ac simili motu cordis & salo mentis, ad omnes cogitationum æstus fluctuare. Quæ omnes * turbela, tēpestatesque procul à Deorum cœlestium tranquillitate exulant. Cuncti enim coelites, semper eodem statu mentis, æterna æquabilitate potiuntur. quæ nunquam illis nec ad dolorem, nec ad voluptatem finibus suis pellitur: nec enim mens illa à sua perpetua secta ad quæpiam subitum habitum dimouetur, nec alterius vi. Nam nihil est Deo potentius, nihil Deo perfectius: nec suapte sponte. Porro autem quid potest videri imperfectius fuisse, quam is qui à priore statu ad alium rectiorem statum migrari? cum præsertim nemo sponte capessat noua, nisi quem peruenit priorum. Non enim potest subsequi illa

mutatio, sine precedentium infirmatione. Quapropter debet
 Deus nullam perpeti vel operis, vel amoris, temporalem per-
 functionem: & iccirco nec indignatione, nec ira contingi,
 nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire: sed ab omni-
 bus passionibus animi liber, nec dolere unquam, nec ali-
 quando letari, nec aliquid repentinum velle vel nolle. Sed
 & haec cuncta, ut hoc genus cetera, Demonum mediocrita-
 ti congruunt. Sunt enim inter homines ac Deos, ut loco re-
 gionis, ita ingenio mentis intersiti; habentes communem
 cum superis immortalitatem, cum inferis passionem. Nam,
 perinde ut nos, pati possunt omnia animorum placamenta
 vel incitamenta, ut in ira incitentur, & in misericordia
 flectantur, & donis inuitentur, & precibus leniantur &
 contumelijs exasperentur, & honoribus mulceantur, aliisque
 omnibus ad simile nobis modum variantur. Quippe, ut fi-
 nem comprehendam, Demones sunt genere animalia, inge-
 nio rationalia, animo passiva, corpore aëria, tempore aeter-
 na. Ex his quinque quae commemoravi, tria à principio ea-
 dem nobiscum, quartum proprium, postremum commune cum
 Dijs immortalibus habent: sed differunt ab his passione.
 Quae propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi,
 quia sunt iisdem quibus nos perturbationibus obnoxij. Vnde
 & religionum diversis observationibus, & sacrorum va-
 riy suppliciy fides impertienda est. Etsi nonnulli sunt ex
 hoc Diuorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis
 & occultis, letioribus vel tristioribus hostijs, vel ceremonijs
 vel ritibus gaudent: uti Aegyptia Minerva ferme plan-
 gioribus, Graeca plerumque choreis, Barbara autem strepitu
 cymbalistarum & tympanistarum & choraularum. Iu-
 dem pro regionibus in sacris differunt longè, varietate
 pomparum agmina, ministrorum silentia, sacerdotum
 officia, sacrificantium obsequia: item Deorum ef-
 figies, ut eximia templorum * regiones, hostiarum cruo-
 res & colores. Quae omnia pro cuiusque more solennia &

rata sunt, ut plerumque somniis & vaticinationibus & oraculis comperimus saepenumero indignata numina, siquid in sacris socordia vel superbia negligatur. Cuius generis mihi exempla assatim suppetunt: sed adeo frequentata & celebrata sunt, ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit quam recēserit. Idcirco residebo in praesentiarum in his rebus orationem occupare. Quod si non apud omnes certam fidem, at certe penes cunctos notitiam promiscuam possidet, haec potius praestiterit Latine dissertare: varias species diuinorum numinum à philosophis perhiberi, quo liquidius & plenius de praesagio Socratis, deque eius numine cognoscatis. Nam quodam significatus & animus humanus, etiam nunc in corpore situs, Daemon nuncupatur.

Dij ne hunc ardorem mentibus addunt

Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?

Igitur & bona cupido animi, Deus bonus est. Unde nonnulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, ad eiusmodi dici beatos, quorum Daemon bonus, id est, animus virtute perfectus est: quem nostra lingua, ut ego interpretor, haud sciam an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare: quozia is Deus, qui est animus sui cuiusque, quanquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine * gignitur, ut eae preces, quibus Genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt qui videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio & copulatio sumus: ut secundo signatu species Daemonum sit, animus humanus exutus & liber stipendijs vitae corpore suo abiuratis. Hunc vetere Latina lingua reperio Lemurē dictitarum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posteriorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. Qui vero propter aduersa vitae merita, nullis bonis sedibus in terra vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis

hominibus, ceterum noxium malis, hunc plerique Laruam
 perhibet. Cū verò incertū est quæ cuique eorū sortitio euene-
 rit, utrū Lar sit, an Larua, nomine Manū Deū nūcupat:
 honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe cum
 eos Deos appellent, qui ex eorum numero iuste ac pruden-
 ter vite curriculo gubernato, pro numine postea ab homi-
 nibus præditi, fanis & cerimonis vulgò admittuntur, ut
 in Bœotia Amphiaras, in Africa Mopsus, in AËgypto
 Osiris, alius alibi gētium, Aesculapius ubique. Verum hæc
 omnis distributio eorum Demonum fuit, qui quondam in
 corporis numero fuere. Sunt autem non posteriores, præ-
 stantiore longè dignitate. Genus aliud augustius aīo Demo-
 num, qui semper a corporis compedibus & nexibus liberi,
 procurantur certis precatibus. Quorum e numero Somnus
 atque Amor, diuersam inter se vim possident: Amor vigi-
 landi, Somnus soporandi. Ex hac ergo sublimiore Demonū
 copia, Plato autumat singulis hominibus in vita agenda
 testes & custodes singulos additos; qui nemini conspicui,
 semper adsint, omnium non modo actorum testes, verum
 etiam cogitorū. Ac ubi vita edita remeandum est, eun-
 dem illum qui nobis præditus fuit, raptare ilico & trahere
 veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa di-
 cenda assistere: si qua commentiat, red arguere: si qua ve-
 ra dicat, assuerare: prorsus illius testimonio ferri senten-
 tiam. Proinde vos omnes, qui hæc Platonis diuinam sen-
 tentiam me interprete auscultatis, ita animos vestros ad
 quacunque vel agenda vel meditanda formate, ut sciauis,
 nihil omnino præ istis custodibus, nec intra animū, nec foris
 esse secreti: quando omnia curiose ille participet, omnia vi-
 sat, omnia intelligat, & in illis penitissimis mentibus vice
 conscientia diuersetur. Hic, quem dico, prorsus custos singu-
 laris præfectus, domesticus speculator, indiuiduus arbiter,
 inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum pro-
 bator si rite animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiose
 colatur,

colatur: ita ut à Socrate iustitia & innocentia cultus est, in rebus incertis prospectator, dubijs præmonitor, periculosis *viator, egenis opitulator: qui tibi queat tum somnijs, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala *auertere, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, sidera aduersa corrigere. Igitur nimirum si Socrates, vir apprimè perfectus, & Apollinis quoque testimonio sapiens, hunc Deum suum cognouit & coluit, ac propterea eius custos propè dicam par contubernio, & præmonenda præmonuit: sicubi tamen interfectis sapientiæ officijs, non consilio, sed præsagio indigebat; ut ubi dubitatione claudicaret, ibi diuinatione consisteret. Multa sunt enim, de quibus etiã sapientes viri ad ariolos & oracula cursuēt. An nõ apud Homerũ, ut in quadã ingēti specula clarius cernis, hæc duo distributa, seorsus diuinationis, seorsus sapientiæ officia? Nã cũ duò columnina totius exercitus dissident, Agamemnon regno pollens, & Achilles bello potens, desideraturq; vir facundia laudatus, & pueritia vitæ moratus, qui Atridæ superbiã, Pelidæ ferociam cõpescat, exēplis moneat, oratione permulceat: quis igitur tali in tēpore est ad dicendum exhortatus? Nempe Pylus orator, eloquio comis, experimentis cautus, senectæ venerabilis, cui omnes sciebant corpus annis * abire, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. Itidem, cum rebus creperis & adfluctis spectatores * deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nõnne Vlysses cum Diomede deliguntur? veluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius. Enimvero in Aulidē desidentibus obsessis, ac retro ventis abnuentibus, difficultas belli, & facultas itineris, & tranquillitas maris, & clementia ventorum, per fibrarum notas, & alitum vias, & serpentum escas exploratae sunt. Tacent nempe *mutua duo illa sapientiæ Græciæ summa cacumina, Ithacensis & Pylus. Calchias autem logè præstabilis ariolus, simul ali-

tes & altaria & arborem contemplatus est: actutum sua diuinatione & tempestates flexit, & classem deduxit, & decennium predixit. Non secus etiam in Troiano exercitu, cum diuinatione res indigent, tacet ille sapiens Senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Iambo, vel Bicias: sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Helene, aut non credita vaticinia Cassandra. Ad eundem modum Socrates quoque, sicubi locorum aliena sapientia consultatio ingruerat, ibi sui Demonis presagio regebatur: verum eius monitis sedulo obediebat, eoque erat de suo longe acceptior, qui* ante incepta Socrati* Demon ille ferme prohibitum ibat, nunquam quod ad monendum ratio predicta est. Enimvero Socrates, utpote vir apprimè perfectus, ex sese ad omnia congruentia sibi officia promptus, nullo adhortatore unquam indigebat. At verò prohibitore nunquam, si quibus fortè conatibus eius periculum suberat, ut monitus præcaueret, ac ommitteret coepta impraesentiarum, quæ tutius vel postea capesseret, vel alia via adoriretur. In huiuscemodi rebus duntaxat vocem quampiam diuinitus exortam dicebat audire. Ita enim est apud Platonem, ne quisquam arbitretur omnia eum vulgò loquentium captasse. Quippe etiam semotis arbitris, unà cum Phædro extra pomerium, sub quodam arboris opaco umbraculo, signum illud* ad nuncium sensit, ne prius transcenderet illius amnis modicum fluentum, quam increpitum inclinatum amore retinendum placasset: cum prætereà si omnia obseruaret, aliquando eorum nonnulla etiam opinamenta haberet: ut videmus plerosque, qui non suo corde, sed alterius verbo reguntur: qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, & (ut ita dixerim) non animo, sed auribus cogitant. Verumenimvero ut ista sunt, certè qui omnium ariolorum voces audiunt, sæpenuerò auribus suis usurpant vocem de qua nihil contentur, quam sciunt ex ore humano profectam. At enim Socrates non vocem sibi, sed vocem

dixit

dixit quamquam diuinitus oblatam : quo additamento profecto intelligas, non usitatam vocem, nec humanam significari. Quæ si foret frustra quæpiam, cur non potius aut * uxor, aut certè cuiuspiam vox diceretur? ut ait illa Terentiana meretrix:

Audire vocem visa sum modò militis.

Quid verò vocem quamquam dicat audiuisse? aut nescit unde exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam* quidem insolitum demonstrat habuisse. Ita & Socrates eam quidem sibi, ac diuinitus editam, tempestiuè accedebat. Quod equidem arbitror non modò auribus, verum etiam oculis signū Demonis sui usurpasse. Nā frequētius non uocem, sed signum diuinum sibi oblatū præ se ferebat. Id signum poterat ipsius species habuisse, quam solus Socrates cerneret, ita ut Homericus Achilles Mineruam. Credo plerosq; uestrūm hoc quod modò dixi, contatius credere, & impendio mirari formam Demonis Socrati* usitatam. At enim Pythagoricos mirari oppidò solitos, si quis se denegaret unquam uidisse Demonem, ut reor, idoneus autor est Aristoteles. Quod si cuius potest euenire facultas contemplandi diuinam effigiem, cur non apprimè potuerit Socrati, quem cuius amplissimo numini sapientia dignitas coæquarar? Nihil est enim Deo similis & gratius, quam vir animo perfectè bonus: qui tam hominib. ceteris antecellit, quam ipse à Diis immortalib. distat. Quin potius nos quoq; Socratis exemplo & commemoratione erigimur? Ac nos secundum ipsum, studio philosophiæ pari, similitum numinū canentes promittimus. de quo quidem nescio qua ratione disrapimur. Et nihil æquè miror, quam cum omnes & cupiant* optime, & sciant quantum uiuax animus colendus sit, tamen animum suū non colant. At si quis velit acriter cernere, oculi curandi sunt, quibus* cernitur. Itidem si pugillare, vultus vel brachia vel adasunt, quibus pugilatur. Similiter in omnibus ceteris membris, sua cuique cura

pro studio est. Quod cum omnes facile respiciant, nequeo
satis modum reputare, & perinde ut res est admirari, cur
non etiam animum suum ratione excolant.* Quandoqui-
dē ratio viuendi omnibus aequē necessaria est, non ratio pin-
gendi, nec ratio psallendi: quas quisq; bonus vir sine ulla
animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe contempse-
rit Nescio ut Hismenias tibus canere,* ut Apelles pingere,
ut Lysippus fingere: sed non pudeat me non esse *signifi-
cum. & idem ut ceteris artibus (ne omnes prosequar) li-
cet tibi nescire, nec *pudeat. Enimuero dic sodes, nescio be-
ne viuere* ut Plato, ut Pythagoras vixerunt, nec pudeat me
nescire bene viuere: nunquam hoc dicere audebis. Sed cū
primis mirandum est, quod ea quae minimē videri volunt
nescire, discere tamen negligant, & eiusdem artis discipli-
nam simul & ignorantiam* decursant. Igitur quotidiana
eorum* ora dicere inuenias, rationibus multa prodigē pro-
fusas, & in semet nihil: in sui deo Demonis cultum, qui cul-
tus* nihil aliud quam philosophiæ sacramentum est. Planē
quidem villas opiparē extruunt, & domos ditissimē exor-
nant, & familias numerosissimē comparant: sed in istis om-
nibus, in tanta affluentia rerum, nihil est indignum prater-
quam ipse dominus adium, nec iniuria: cumlata enim ha-
bent, quae sedulo percolunt: ipsi autem horridi, indocti, in-
cultique circumeunt. Igitur illas * adificiorum species, in
* quae patrimonia sua profuderunt, amoenissimas & extru-
ctissimas deprehendas: aulas emulas urbium conditas, do-
mos vice teplorum exornatas, familias numerosissimas &
calamistratas, opiparā supellectilem, omnia affluentia,* o-
mnia ornata, prater ipsum dominu: qui solus, Tantali vice,
in suis diuitiis inops, egens, pauper, non quide fluentum ul-
lum fugitiuum captat, & fallacis vndae sitim, sed vera bea-
titudinis & sincerae vitae & prudentiae fortunatissima estu-
rit & sitit. Quippe non intelligit, homines aequē spectari so-
lere, ut equos mercantur. Neq; enim in emedis equis pha-
leras

leras cōsideramus, & baltei polimina inspiciamus, & ornatis-
sime cervicis diuitias contēplamur; si ex argēro & au-
ro & gemis monilia* vana gaze dependēt; si plena artis or-
namenta capiti & collo circumiacent; si frena calata, si e-
phippia fucata, *singula armata sint: sed istis omnibus e-
xuijs amolitis,* equum ipsum nudum, & solum corpus e-
ius & animum contuemur, ut sit ad speciem honestus, ad
cursuram vegetus, & ad vecturam validus. Iam primum
in corpore si sit

Argutum caput, breuis aluus, obesaque terga,

Luxuriētque thoris animosum pectus honestis:

Præterea si duplex agitur per lumbos spina. Volo enim
non modo perniciousiter, verum etiam* molliter peruehat. Si-
militer ergo & in hominibus contemlandis noli illa alie-
na estimare, sed ipsum hominem penitus considera: ipsum,
ut meum Socratem pauperem, specta. Aliena autem vo-
go, quæ parentes pepererunt, & quæ fortuna largita est:
quorum mihi laudibus Socratis mei admisceo: nullam ge-
nerositatem, nullam profapiam, nullos longos nataleis, nul-
las inuidiosas diuitias. Hæc enim cuncta, ut dixi, aliena
sunt. Sat è Protomo gloria est, qui utilis fuit, ut eius nepotem
non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit.
Generosus est? parentes laudas. Dives est? non credo fortu-
næ,* nec magis ista demiror. V alidus est? ægritudine fatiga-
bitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? expe-
ta paulisper, & non erit. At enim bonis artibus doctus, &
apprimè est eruditus, & (quantum licet homini) sapiens,
& boni consultus. Tandem aliquando ipsum virum,
laudas. Hoc enim nec à patre hereditarium est, nec casu
pendulum, nec à suffragio adminiculum, nec à corpore
caducum, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus So-
crates habuit, & * omnino cetera habere contempsit.
Quin ergo & tu, qui te ad studium sapientiæ ingeris, a-
liquando caues, ut nihil alienum in laudibus tuis audias:

*sed ut, qui te volet nobilitare, equè laudet, ut Accius Vlysses laudavit in Philocteta suo, * in eius Tragedia principio:*

Inclyte, parua prædite * patria, nomine celebri,
Claroque potens pectore, Achiuis classibus * autor,
Grauis Dardanis gentibus ultor, Laërtiadaæ.

*Novissimè patrem memorat. Ceterum omnes laudes eius viri audistis. Nihil * mihi nec Laertes, nec Anticlia, nec * arctissimus vendicat. Hac enim tota, ut vides, laudis huius propria Vlyssi possessio est. Nec aliud te in eodem Vlysse Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse prudentiam, quam poetico ritu Mineruam nuncupavit. Igitur hac eadem * comite omnia horrenda subiit, omnia aduersa superavit. Quippe ea adiutrice Cyclopi specus introit, sed egressus est: Solis boves vidit, & abstinuit: ad inferos demeravit, * & ascendit. eadem sapientia * comite Scyllam præternavigavit, nec abreptus est: Charybdi conspectus est, nec retentus est: Circe poculum bibit, nec mutatus est: ad Lotophagos accessit, nec remansit: Sirenes * audiit, nec accessit.*

L. APVLEII MADAVRENSIS
PHILOSOPHI PLATONICI, APO-
logiæ siue defensionis magiæ, ad Clau-
dium Max. proconsulem, vi-
rum clarissimum, Ora-
tio prima.

PRO SE IPSO.



*ERTVS equidē eram, proq; vero obtinebā,
Maxime Claudi, qui que in consilio estis, Sici-
nii Emilianum, senē notissime temeritatis, ac-
cusationē mei prius apud te coeptā, quam apud
se co-*

se cogitata, penuria criminum solis conuicijs impleturum. Quippe insimulari cuius innocens potest: reuinci, nisi nocens, nō potest. Quo ego vno præcipue confisus, gratulor medijs fidius, quod mihi copiat facultas te iudice obtigit, purganda apud imperitos philosophia, & probandi mei. Quāquā ista calumnia, ut prima specie graues, ita difficultatē defensionis repentinae fuere. Nā, ut meministi, dies abhinc quintus an sextus est, cum me causam pro uxore mea Pudentilla, aduersus Granios agere aggressum, de cōposito, ne opinantem, patroi eius incessere maledictis, & insimulare magicorum maleficiorum, ac denique necis Pontiani priuigni mei cœpēre. Quæ ego cum intelligerem, non tam crimina iudicio, quàm obiectamenta iurgio prolata, ultrò eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocari. Ibi verò Aemilianus, cum te quoque acrius motum, & ex verbis rem factam videret, querere coepit ex dissidentia latibulum aliquod temeritati. Igitur Pontianum fratris sui filium, quem paulò prius occisum à me clamitabat, * priusquam ad subscribendum compellitur, illico oblitus est de morte cognati adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionē. Tamen ne omninò desistere videretur, calumniam magicæ, quæ facilius infamatur quàm probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. Ac ne id quidē de professo audet: verum postera die dat libellū, nomine priuigni mei Siciny Pudētis admodum pueri: & ascribit, se ei assistere, nouo more per aliū laceßendi scilicet: ut obtentu eius atutule, ipse insimulationis falsæ non plecteretur. Quod cū tu solertissimè animaduertisses, & iccirco eum denuo insisses proprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita facturum, ne sic quidem quietus est. ubi ut cominus ageret propollis, etiam aduersum te contumaciter eminus calumnijs velitatur. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in assistendi venia perseuerauit. Igitur & priusquam causa ageretur, facile intellectu cuius fuit, qualis nā accu

satio futura esset, cuius qui fuerat professor & machinator,
 idem fieri auctor timeret: ac praesertim Sicinius Amilia-
 nus, qui si quippiam veri in me explorasset, nunquam pro-
 fecto tam contanter hominem extraneum tot tantorumque
 criminum postulasset, qui auunculi sui testamentum, quod ve-
 rum sciebat, pro falso infamaret: tanta quidem pertinacia,
 ut cum Lollius Urbicus V. C. verum videri, & ratum esse
 debere, de consilio consularium virorum pronuntiasset, cō-
 tra clarissimam vocem iurauerit vecordissimus iste tamen,
 illud testamentum fictum esse, adeo ut egregè Lollius Urbi-
 cus ab eius pernicie temperarit. Quam quidem vocem, &
 tua equitate & mea innocentia fretus, spero in hoc quoque
 iudicio erupturam: quippe qui sciens innocentem crimina-
 tur, eo sanè facilius, quod iam (ut dixi) mentiens apud
 praefectum urbis in amplissima causa conuictus est. Nam-
 que peccatum semel, ut bonus quisque postea sollicitius cauet:
ita qui ingenio malo est, confidentius integrat: ac iam de ce-
tero, quo sapius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti
virtus, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. Et i-
deò necessarium arbitror pro integritate pudoris mei, prius-
quàm ad rem aggrediar, maledicè a omnia resutare. Sustineo
 enim non modo meam, verum etià philosophia defensionem: cuius
 magnitudo vel minima reprehensionem proximam cri-
 mini aspernatur. Propter quod paulo prius patroni Ami-
 liani multa in me proprie conficta, & alia comuniter in phi-
 losophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate* effude-
 runt. Quae e, si possunt ab his* utiliter blatterata, ob merce-
 dem & auctoramenta impudentia depreherisa haberi, iam
 concesso quodam more* fabulis, id genus, quo serina solent lin-
 gua suae virus alieno dolori locare: aitamen vel mea causa
 paucis refellenda sunt,* nec is, qui sedulo laboro ut ne quid
 macula aut inhonestamenti in me admittam, videar cupiam,
 si quid ex frivolis prateriero, id* ignouisse potius quàm cō-
 tempnisse. Est enim pudentis animi & verecundi, ut mea
opinio

opinio fert, vel falsa vituperatione grauari: cum etiam hi,
qui sibi delicti alicuius conscij sunt, tamen cum male audiunt,
impedio comouentur, et obirascantur: quanquam exinde,
ubi malefacere ceperunt, consueuerint male audire. Quod
si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibi met conscij sunt, posse
se merito increpari. Enimvero bonus et innoxius quisque, ru-
dis et imperitas aureis ad male audiendum habens et lau-
dis assuetudine et cotumelia insolens, multo tamen ex animo
laborat, ea sibi immerito dici, quae ipse possit alijs vere obie-
ctare. Quod si forte inepta videbor, et oppido frivola vel-
le defendere, illis debet ea res vitio verti, quibus turpe est
etiam haec obiectasse: non mihi culpa dari, cui honestum erit
etiam haec diluisse. Audisti ergo paulo prius in principio ac-
cusationis ita dici: Accusamus apud te philosophum for-
mosum, & tam Graecum quam Latinum, pro nefas! diser-
tissimum. Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusationem
mei ingressus est Tannonius Pudens, homo vere ille qui-
dem disertissimus. Quod utinam tam graui forma et fa-
cundia crimina vere mihi opprobriasset! non difficile ei
respondissem, quod Homericus Alexander Hectori:

Οὐ π' ἀπίσταν τ' ἔτι θεῶν ἐρεχθίδα δ' ὄλεσ',

Ὅσα κεν αὐτοῖς ὄσον, ἕκαστ' ἔτι αὖ πρὸς ἑλοῖτο.

id est,

Munera Deum gloriolissima nequaquam aspernan-
 da: quae tamen ab ipsis tribui facta, multis volentibus
 non obtingunt. Haec ego de forma respondi: prater ea,
 licere etiam philosophos esse vultu liberali. Pythagoram,
 qui primum esse se philosophum nuncupavit, eum sui secu-
 li excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum anti-
 quum Velia oriundum, qui primus omnium dictionem so-
 lertissimo artificio ambifariam, dissolueret, eum quoque Ze-
 nonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat. Itemque
 multos philosophos ab ore honestissimos memoriae prodi, qui
 gratiam corporis morum honestamentis ornauerunt. Sed
 haec defensio, ut dixi, aliquam multum a me remota est: cui,

præter formæ mediocritatem, continuatio etiam literati la-
boris omnem gratiam corpore deterget, habitudinē tenuat,
succum exorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat. Ca-
 pillus ipse, quem isti apertō mendacio ad lenocinium deco-
 ris promissum dixere, vides quā non sit amœnus ac de-
 licatus, horrore implexus atque impeditus, stuppeo torme-
 to assimilis, & inæqualiter hirtus, & globosus, & congestus
 prorsus inenodabilis diutina incuria, non modo comendi,
 sed saltem expediendi & discriminandi. Satis, ut puto, cri-
 nium crimen, quod illi* quasi capitale intenderunt, refuta-
 tum est. De eloquentia verò, si qua mihi fuisset, neque mi-
 rum, neque inuidiosum deberet videri; si ab ineunte ævo
 unis studijs literarum ex summis viribus deditus, omni-
 bus alijs spretis voluptatibus, ad hoc eui, haud sciam an ne
 super omnes homines impenso labore, diuque noctuque, cū
 despectu & dispēdio bonæ valetudinis, eam quaesissimam. Sed
 nihil ab eloquentia metuam, quam ego, si quid omnino pro-
 moui, potius spero quā præsto. Sane quidem si verum est,
 quod Statium Cæciliū in suis poëmatibus scripsisse di-
 cunt, Innocentiam eloquentiam esse, ego verò profiteor
 ista ratione, ac præ me fero, nemini omnium de eloquentia
 concessurum. Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior
 viuat? quippe qui nihil unquam cogitavi, quod eloqui nō
 auderem. Eundem me aio facundissimum* esse. nam omne
 peccatum semper nefas habui. Eundem disertissimū, quod
 nullum meum factum vel dictum extet, de quo differere
 publicè non possim: ita ut iam de versibus dissertabo, quos
 à me factos quasi pudendos protulerunt, cū quidē me a-
 nimaduertisti cū risu illis succensentem, quod eos absone &
 indoctè pronuntiarent. Primò igitur legerunt è ludicris
 meis epistolū de dentifricio, versibus scriptū ad quendam
 Calphurnianum, qui cū aduersum me eas literas prome-
 ret,* inuidit profectò cupiditate ledendi. Si quid mihi ex
 illis fieret criminofum, id mihi secū esse cōmune. Nam pe-
 tisse

tisse eum à me aliquid tersui dentium, versus testantur:

Calphurniane salve properis versibus.

*Nisi fortè in eo reprehendendus sum, quòd Calphurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo æquius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi vrina dentem atque *russam* punicare gingiuam.*

Misi, ut petisti, mundicias dentium,

Nitelas oris ex Arabicis frugibus,

Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,

Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,

Conuertitorem pridianæ reliquæ,

Nequa visatur tetra labes sordium,

Restrictis fortè si labellis riseris.

*Quæso, quid habent isti versus re aut verbo pudendum? quid omnino, quod philosophus suum nolit videri? Vidi ego dudum vix risum quosdam tenentis, cum mundicias oris videlicet, orator ille asperè accusaret, & dentifriciũ tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam venenũ. Quid nisi crimen haud contemnendũ philosopho, nihil in se sordium sinere, nihil vsq̃iã corporis apertũ, immundũ pati ac foetulentum, præsertim os, cuius in propatulo & conspicuo vsus homini creberrimus: siue ille cuiuspiã osculũ ferat, seu cũ *quicquã* sermocinetur, siue in auditorio disserteret, siue in templo preces alleget. omnem quippe hominis actum sermo præit: qui (ut ait poëta præcipuus) è dentium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem similiter grandiloquum: diceret suo more cum primis, cui vlla fandi cura sit, impensius cætero corpore os colendum, quòd esset animi vestibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium. Ego certè pro meo captu dixerim, nihil minus quàm oris illuuiem, libero & liberali viro competere. Est enim ea pars hominis loco celsa, visu prompta, usu fecunda. Nam quidẽ feris & pecudibus os humile, & deorsum ad pedes deiectum, vestigio & pabulo proximum, nunquam ferme*

nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, cōspicitur. Homi-
nis verò nihil prius tacentis, nihil sapius loquentis, contem-
plere. Velim igitur censor meus *Emilianus* respondeat,
 unquam ne ipse soleat pedes lauare? Vel si id non negat,
 contendat maiorem curam mundiciarum pedibus, quam
 dentibus impertiendam. Planè quidem, si quis ita^a ut *Emi-*
miliane, nunquam fermè os suum nisi maledictis & calum-
 nijs aperiat, censeo, ne vlla cura os percolat, neque ille exo-
 tico puluere denteis emaculet, quos *instans* carbone de ro-
 go obtriuerit: neque saltem communi aqua perluat, quin ei
 nocens lingua, mendaciorum & amaritudinum prae mini-
 stra, semper in scetituris & olenticetis suis iaceat. Nam
 quæ malum ratio est, linguam mundam & lotam, vocem
 contra spurcam & tetram possidere? viperæ ritu, niuseo dē-
 ticulo atrum venenum inspirare? Caterum qui se se sciat
 rationem prompturum neque inutilem neque iniucundā,
 eius meritò os, ut bono potui poculum, praelabatur. Et quid
 ego de homine nato diutius? Belua immanis crocodilus ille
 qui in *Nilo* gignitur, ea quoque (viti comperior) purgan-
 dos sibi denteis innoxio hiatu prabet. Nam quod est ore
 amplo, sed elingui, & plerunque in aqua recluso, multæ a-
 rundines dentibus implectuntur: eas illi, cum egressus in
 præripia fluminis hiauit, vna ex auibis fluuiialibus amica-
 nis, iniecto rostro sine noxæ periculo exculpit. Mitto hæc:
 venio ad ceteros versus, ut illi vocant, amatorios: quos ta-
 men tam durè & rusticè legère, ut odium mouerent. Sed
 quid ad magica maleficia, quod ego pueros *Scribonij* *La-*
ti, amici mei, carmine laudauit? An ideò magnus, quia pœ-
 ta? Quis unquam fando audiuit tam similem suspicionē?
 tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum? Fe-
 cit versus *Apuleius*: si malos, crimen est, nec tamen id phi-
 losophi, sed pœta: Si bonos, quid accusas? At enim ludis-
 cros & amatorios fecit. Num ergo hæc sunt crimina mea?
 Et nomine erratis, qui me magie detulistis? Fecere tamen

& alij talia: & si vos ignoratis, apud Græcos Teius quidã
 & Lacedæmonius & * cuius, cū alijs innumeris: & mulier
 Lesbia, lascivè illa quidem tantæque gratia, ut nobis inso-
 lentiã linguæ suæ, dulcedine carminum commendet. A-
 pud nos verò *Æditius*, & *Portius*, & *Catullus*. Isti quoq;
 cum alijs innumeris. At philosophi non fuere. Num igitur
 etiam Solonem fuisse serium virum, atque philosophum ne-
 gabis? cuius ille lascivissimus versus est:

Μεῖραι ἔ μείραις ἢ γλυκυσσὸς σώματος.*

Et quid tam petulans habent omnes versus mei, si cum ista
 uno contendantur? Vt taceam scripta *Diogenis Cynici*, &
Zenonis Stoicæ sectæ conditoris. Id genus plurima recitem
 denuò, ut sciant me eorum non pigere.

Et Critias mea deliciæ sit salua Charine,

* Pars in amore meo vita tibi remanet.

Ne metuas. nam me ignis & ignis torreat ut vuls:

Hæc duas flammâs, dum potior, patiar.

Hoc modò sim vobis, vnus sibi quisq; quod ipse est:

Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Recitem nunc & alios, quos illi, quasi intemperatissimos
 postremum legere:

Florea ferta, meum mel, & hæc tibi carmina dono:

Carmina dono tibi, ferta tuo genio.

Carmina, vti Critia lux hæc optata canatur,

Quæ bis septeno vèrè tibi remear,

Serta autem, ut læto tibi tempore tempora vernent:

Ætatis florem floribus ut decores.

Tu mihi da contrà pro verno flore tuum ver,

Vt nostra exuperes munera muneribus.

Pro implexis fertis, complexum corpore redde:

Pròque rosis, oris sauiâ purpurei.

Quòd si animũ inspires, dona & iam carmina nostra

Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi * cõmessa-

toris, de fertis & canticis compositum. Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod cum alyis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum & Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit: & Tigidam similiter, quod quæ Metella erat, Perillam scripserit: & Propertium, qui Cynthia dicat, Hostiã dissimulet: & Tibullũ, quod ei sit Plania in animo, Delia inversu: & quidẽ C. Lucullũ, quanquã sit lãbicus, tamen improbarim, quod Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. Quanto modestiũs tandem Mantuanus poëta, qui iidem ut ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat. Sed Emilianus, vir ultra Virgilianos opiliones & *bus equas rusticanus, agrestis quidem semper & barbarus, verum longẽ austerior (ut putat) Serranis & Curijs & Fabricijs, negat id genus versus Platonico philosopho competere. Etiamne, Emiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos: cuius nulla carmina extant, nisi amoris elegia: nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerum * Astrea, si tamen tantus natu potes literas discere.

Ἀστῆρας εἰσαδρεῖς. ἀστὴρ ὁ μὲν, εἰτε ἡλιόμικτω

οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὀμιλοῦσιν εἰς σε βλέπω.

Astra vides. utinam fiam, mi sidus, Olympus,

Ut multis sic te luminibus videam.

Ἀστὴρ ὅστιν ἤ εἰλαμπτε εἰς ζωοῖσιν ἕως,

Νῦν δὲ δαυανὸν λάμπεις, ὅπως εἰς εἰδυῖοις.

Lucifer antè meus rutilans mortalibus Astar,

Hesperus à fato Manibus ecce nites,

Item eiusdem Platonis in Alexin Phædrumque pueros, in coniuncto carmine:

Νῦν ὅτε μηδὲν ἀλεξίς * ὁ ἄν' μόνει φατὶ κελὸς,

* Πότα, ἢ πάντῃ πᾶς τις ἐπιστρέφεται.

Dixit.

Dixerit hic tantum cum nil, nisi pulcher Alexis,
 Extitit, & vertunt quilibet in te oculos.

Θυμὲ, πὶ μίωυφς κυσὶν ὄσ' ὄν; εἴτ' αἰνίσσεις
 Ἦ' ἔσ' ἐσθλὸν, ἢ χ' ἔτα φῶδ' ἐσθλὸν ἀπωλίσσαις:

Cur anime os canibus monstras, afficisque dolore
 Post modò? non Phædrum sic prius amissimus?

*Et, ne plureis commemorem, nouissimum versum eius de
 Dione Syracusano si dixerò, finem faciam.*

Καίσι δ' ἄβρυχόρα ἐν πατρίδι τίμιος ἀσπίς,
 ἢ ἔμὸν ἐμυλίας θυμὸν ἔρωτι δίων.

Ciuius ingenti in patria laudate iaces nunc,
 Qui infanum me animi reddis amore Dion.

*Sed summe ego ineptus, qui hac etiam in iudicio? an vos po-
 tius calumniosi, qui etiam hac in accusatione? quasi ullum
 specimen morum sit, versibus ludere? Catullum ita respon-
 dentem maleuolis, non legistis?*

Nam caltrum esse decet pium poetam
 Ipsum, versiculos nihil necesse est.

*Diuus Hadrianus, cum V oconij amici sui poeta tumulum
 versibus veneraretur, ita scripsit:*

Lasciuus versu, mente pudicus eras.

*Quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina,
 argumentum impudicitiae habenda. Ipsius etiam diui Ha-
 driani multa id genus legere me memini. * Audes igitur
 Emiliane dicere, male id fieri, quod Imperator, &
 Diuus, & Censor Hadrianus fecit, & factum memoria
 reliquit? Ceterum Maximum quicquam putas culpaturum,
 quod sciat Platonis exemplo à me factum? Cuius
 versus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto
 apertiore: tanto * pudicius compositi, quanto simplicius
 professi. Namque & id genus omnia dissimulare & oc-
 cultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludentis est.
 Quippe natura, vox innocentiae, silentium maleficio di-
 stributa. Mitto enim dicere alta illa & diuina Platoni-
 ca, rarissimo cuique piorum gnara, ceterum omnibus profa-*

nis incognita: geminam esse Venerem Deam, proprio quaque amore & diuersis amatoribus pollentis. Earum altera vulgariam, quae sit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut in modico truci que percussorum animalium serua corpora complexu vincientem. Alteram vero caelitem Venerem, praedita quae sit optimati amore, solis hominibus, & eorum paucis curare: nullis ad turpitudinem stimulus vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe eius amore non amoenum & lasciuum, sed contra incomptum & serinum pulchritudine honestatis virtutis amatoribus suis conciliare: & si quando de cora corpora commendet, a contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quam quod admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quam prius veram & sinceram inter Deos videre. Quapropter, ut semper, eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

Amabit sapiens, cupient caeteri.

Attamen si audire verum velis, Emiliane, vel si haec intelligere unquam potes, non tam amat sapiens, quam recordatur. Da igitur veniam Platoni philosopho versuum eius de amore, ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani, pluribus philosophari: vel si tu id non facis, ego me facile patiar in huiusmodi versibus culpam cum Platone. Tibi autem, Maxime, habeo gratiam pro pensam, cum has quoque appendices defensionis meae, ita circò necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attente audis: & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias, ut adhuc fecisti libenter & diligenter. Sequitur enim de speculo, longa illa & censoria oratio: de quo pro rei atrocitate pene disruptus est Pudens, clamitas, Habet speculum philosophus, Possidet speculum philosophus. Vt igitur habere concedam, ne aliquid obieciſſe te credas,

te credas, si negaro; non tamen ex eo accipi me necesse est, exornari quoque ad speculum solere. Quid enim si chora-
gium Thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere etiam, uti me consuesse Tragædi sirmate histrionis, crota-
lôve ad trieterica Orgia, mimi centunculo? Non opinor. Nam & contra plurimis rebus possessu careo, usu fruor. Quod si neque habere utendi argumentum est, neque non utendi non habere: & speculi non tam possessio culpatur, quam inspectio: illud etiam doceas necesse est, quando, & quibus presentibus, in speculum inspexerim. Quoniam, ut res est, maius piaculum decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum prophano videre. Cedo nunc, et si inspexisse me fateor, quod tamen crimen est imaginem suam nosse? eamque non uno loco conditam, sed quoquo velis parvo speculo promptam gestare? An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam? Equidem scio & filiorum chariores esse, qui similes videntur: & publicitus simulachrum suum cuique, quod videat, pro meritis premio tribui. Aut quid sibi statua & imagines varis artibus effigiata volunt; nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum est, cum sit in ea vel magis miranda & felicitas & similitudo? Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamen similitudo æque ac in speculis comparet. Deest enim & luto vigor, & saxo color, & pictura rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinem representat. Cum in eo visitur imago mirè relata, ut similis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus æquæna est; ab ineunte pueritia, ad obeuntem senectam, tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat: tot vultus eiusdem latantis vel dolentis imitatur. Enimvero quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humana

artificio ad similitudinem est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur, & ritu cadaveris unū vultū & immobilem possidet: tantū præstat imaginis artibus ad similitudinem referendū, lævitas illa speculi fabra, & splendor opifex. Aut igitur unius Agesilai Lacedæmonij sententia nobis sequenda est, qui se neque pingi neque fingi unquā, diffidens formæ suæ, passus est: aut si mos omnium cæterorum hominum retinendus videtur, in statuis & imaginibus nō repudiandis, cur existimes imaginē suam cuiq; visendam potius in lapide, quā in argento? magis in tabula, quā in speculo? An turpe arbitraris, formā suā spectaculo assiduo explorare? An non Socrates philosophus ultrò etiam suavis se fertur discipulis suis, crebrò ut semet in speculo contemplantur? ubi qui eorum fore et pulchritudine sibi complacitus, impendiò procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret. Qui verò minus se commendabilem formā putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinē tegetet. Ad eū vir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinā morū utebatur. Demosthenē verò primarium dicendi artificem, quis est qui nō sciat, semper ante speculū, quasi ante magistrū, causas meditatū? ita ille summus orator, cum à Platone philosopho facundiam haussisset, ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset, novissimam pronuntiandi congruentiā ab speculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam rhetori iurganti, an philosopho obiurganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper* differenteis de finibus agrorum litiganti, an de finibus bonorum & malorum doctenti? quid, quòd nec ob hæc debet tantummodò philosophus speculum inuisere. Nam sæpe oportet non modò similitudinem suam, verum etiam * similitudinis ipsius rationem considerare. Nam, ut ait Epicurus, profectè à nobis imagines, velut quædam exuvie, iungi fluore à corporibus

manant.

manantes, cum leue aliquid & solidum offenderūt, *illi se reflectantur, & retrò expresse controuersim respondeant: an, uti alij philosophi disputant, radij nostri, seu medijs oculis proliquali, & lumini extrario mixti, atque muniti, uti Plato arbitratur, seu tantum oculis profecti, sine ullo foris adminiculo, ut Archytas putat, seu intentu * veris facti, ut Stoici rentur, cum alicui corpori incidere spisso & splendido & leui, paribus angulis, quibus inciderant, resultent ad facies suas reduces: atque ita quod extrà tangūt ac visant, id intra speculū imaginētur. Vidētūrne vobis debere philosophi hac omnia vestigare & inquirere, & cuncta specula vel vda vel suda soli videre? Quibus, prater ista que dixi, etiā illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidē speculis fermè pares obtutus & imagines videātur, in tumidis verò & globosis omnia defectiora, ac contrà in cauis auctiora. Vbi, & cur laua cū dexteris permutentur, quando se imago eodē speculo tū recondat penitus, tū foras exerat. Cur caua specula, si ex aduersum Soli retineantur, appositū fomitē accendunt? Quī fiat, uti arcus in nubibus, variè duo Soles emula similitudine visantur. Alia prater eā eiusdem modi plurima, que tractat volumine ingēti Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem geometria multū ante alios admirabili subtilitate: sed haud sciā, an propter hac vel maximè memorādus, quod inspexerat speculū sepe ac diligenter. Quē tu librū, Emiliane, si nosse, nō modò cāpo & glebis, verūm etiā abaco & puluisculo te dedisses. Mihi istud crede, quanquā teterrimum os tuum minimum à Thyesta tragico demutet, *tā profectò discendi cupidine speculū inuiseres; & aliquando, relicto aratro, mirarēre tot in facie tua sulcos rugarum. At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere, de morib. tuis multò truculentioribus reticere. Ea res est, praterquam quòd non sum iurgiosus, etiā libenter te nuper vsq; albus an ater esses ignorauit; adhuc hercle non sa-

nis noui. Id adeò factum, quòd & tu rusticãdo obscurus es,
 & ego discendo occupatus. Ita & tibi umbra ignobilitatis
 approbatore obstitit, & ego nunquam studii malefacta cu-
 iusquã cognoscere, sed semper potius duxi me a peccata te-
 gere, quàm aliena indagare. Igitur hoc mihi aduersum te
 usu venit, quòd qui fortè constitit in loco lumine cõlustrato,
 atque eum alter e tenebris prospectat. Nam ad eundẽ mo-
 dum tu quidem quid ego in propatulo & celebri agram, fa-
 cile è tenebris tuis arbitraris, cum ipse humilitate abdita
 & lucifuga, non sis mihi mutuo conspicuus. Ego adeò ser-
 uor. Tu an abeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias
 operas cum vicinis tuis * cambies, neque scio, neque labo-
 ro. At tu me scis eadem die treis Oeeæ manumisisse: idque
 mihi patronus tuus inter cetera à te sibi edita obiecit. quã-
 quam modico prius dixerat, me uno seruo comite Oeeam
 venisse. Quod quidẽ velim mihi respondeas, qui potuerim
 ex uno treis manumittere, nisi & hoc magicũ est? Tantã
 ne esse mentiendi cecitatẽ dicã, an cõsuetudinẽ? Venit A-
 puleius Oeeam cũ vno seruo. dein, pauculis verbis in-
 tergarritis: Apuleius Oeeæ vna die treis manumisit. Ne
 illud quidẽ credibile fuisset, cũ tribus venisse, omnes libe-
 rasse. quod tamen si ita fecissem, cur potius treis seruos ino-
 pia signum putares, quàm treis libertos opulentia? Nescis
 profecto, nescis Emiliane, philosophũ accusare, qui famu-
 litij paucitatẽ obprobraris. quam ego gloria causa ementiri
 debuissem: quippe qui scirẽ, non modo philosophos, quorum
 me sectatorẽ feros, verum etiã Imperatores populi Romani
 paucitate seruorũ gloriatos. Itãne tandẽ, ne hac quidẽ legẽ-
 re patroni tui? M. Antoniũ consularẽ solos octo seruos do-
 mi habuisse? Carbonẽ verò illum, qui rebus potitus est, uno
 minus? At enim Mamio Curio, tot adoreis longè inclito
 quippe qui ter triumphum una porta egerit: ei igitur Ma-
 nio Curio duos solos in castris calones fuisse? Ita ille vir de
 Sabinis, deq; Sãnitibus, deq; Pyrrho triũphator, pauciores is
 seruos

seruos habuit, quàm triūphos. M. autē Cato nihil opertus
 ut alij de se prædicarēt, ipse in oratione scriptū reliquit, cū
 in Hispaniā consul proficisceretur, treis seruos solos ex ur
 be duxisse, quoniam ad villam publicā venerat, parū vi
 sum qui vteretur. iussisse duos pueros in foro de mēsa emi.
 eos quinq; in Hispaniā duxisse. Hæc Pudens si legisset, ut
 mea opinio est, aut omnino huic maledicto super sedisset:
 aut in trib. seruis multitudinē comitū philosophi, quā pau
 citatē reprehendere maluisset. Idē mihi etiā paupertatem
 obprobrauit, acceptū philosopho crimen, & ultrò profiten
 dum. En: muerō paupertas olim philosophia vernacula est,
frugi, sobria, paruo potens, amula laudis, aduersum diui
 tias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio bene sua
 da. neminem unquam superbia inflauit, neminem impoten
 tia deprauauit, neminem tyrannide esserauit. delicias ven
 tris & inguinum neque vult vllas, neque potest. Quippe
 hæc & alia flagitia, diuitiarū alumni sunt. Maxima que
 que scelera si ex omni memoria hominū percenseas, nullum
 in illis pauperem reperies: ubi contra hanc temerē inter il
 lustres viros diuites comparent. Sed quęcunq; in aliqua
 laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutrita
 est: paupertas, in qua, prisca apud secula omnium ciuitatum
 conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum
 inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudib. apud omneis
 nationes perfuncta. Eadem enim est paupertas apud Gra
 cos in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda
 strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadē pau
 pertas etiā populo Rom. imperium à primordio fundauit,
 proque eo * hodiernū Dys immortalibus simpulo & cati
 no fictili sacrificat. Quòd si modo iudices de causa ista se
 derent C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorū fi
 lia ob paupertatē de publico dotibus donata ad maritos ie
 runt, portates gloriā domesticā, pecuniā publicā: si Pu
 bli cola regū exactor, & Agrippa populi recōciliator, quo

rum funus ob tenuis opes à Populo Romano collatis sextantibus adornatum est: si Attilius Regulus, cuius agellus ob similem penuriã publica pecunia cultus est: si denique omnes illa veteres profapia Cõsulares & Censoria & triumphales, breui usura lucis ad iudiciũ istud remissa audirẽt, auderẽsne paupertatẽ philosopho exprobrare, apud tot Cõsules pauperes? An tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad irridendã paupertatẽ, quòd ipse uberem & prolixam rem familiarẽ sortitus est? Erras, Emiliane: & longè huius animi frustra es, si eũ ex fortuna indulgẽtia, non ex philosophia censura metiris: si virum tam austeræ sectæ, tamque diutina militia non putas * amiciores esse coërcite mediocritati, quam delicatæ opulentia: fortunam, * veluti tunicã magis concinnã quã longã probare. quippe etiam ea si non gestetur, & trahatur, nihilominus quam laciniã præpendens impedit, & precipitat. Etenim omnib. ad vite munia utendis, quicquid aptam moderationem supergraditur, oneri potius quam vsui exuberat. Igitur & immodicæ diuitis, velut ingentia & enormia gubernacula, facilius mergunt quã regunt, quòd habent irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipsis opulentiorib. eos potissimum video laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt, & diuitias magnas administrant sine ostentatione, sine superbia, specie mediocritatis pauperũ similes. Quòd si etiam ditibus ad argumentũ modestiæ queritur imago quæpiã & color paupertatis, cur eius pudeat tenuiores, * quã ea nõ simulata. sed verè fungimur? Possum quidem tibi & ipsius nominis controuersiam facere: neminem nostrũ pauperem esse, qui superuacanea nolit, * possit necessaria. quæ natura oppido pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum. Et iccirco diuitiæ non melius in fundis & in fenore, quã in ipso hominis estimantur animo, Qui si est auaritia egeat, & ad

& ad omne lucrum inexplebilis, nec montib. auri satiabitur, sed semper aliquid, ante parta uti augeat, mendicabit.
Quo quidem vera confessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi, ex opinione inopia venit. Nec refert quam magnum sit, quod tibi minus est. Non habuit tanta rem* familiarē Philus, quantā Lælius: nec Lælius, quantā Scipio: nec Scipio, quantā Crassus dives. Atenim nec Crassus dives, quātū volebat. Ita cum omneis superaret, à suamet auaritia superatus est: omnib'que potius dives visus est, quā sibi. At cōtrā hi philosophi, quos cōmemoravi, nō vltra volentes quā poterant, sed cōgruentib. desiderijs & facultatibus, iurè meritoq; dites & beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate, dives nō egēdi satietate: quippe qui inopia, desiderio, opulentia, fastidio cernuntur. Igitur, Emiliane, si pauperē me habere vis, prius auarum esse doceas necesse est. Quòd si nihil in animo deest, de reb. extraneis quantum desit non laboro: quarū neque laus in copia, neq; culpa in penuria cōsistit. Sed finge hac aliter esse: ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit: easq; ut ferme euenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater nō reliquit. hoccine homini obprobrari, pauperiē, quod nulli ex animalib. vitio datur? non aquila, non tauro, nō leoni. Equus si virtutib. suis polleat ut sit equabilis vector, & cursor pernix, nemo ei penuriā pabuli exprobrat: tu mihi vitio dabis, nō facti vel dicti alicuius prauitatem, sed quòd vino gracili lare, quòd paucioreis habeo, parcius pasco, leuius vestio, minus obsono? Atqui ego contrā, quantulacunque tibi hac videntur, multa etiam, & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora cōercere: tātò beator futurus, quātò collectior. Nāq; animi, ita ut corporis. sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est: certūq; signū est infirmitatis, pluribus indigere. Prorsus ad viuendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sūt enim similiter etiā in ista vita humana tepestates, leuia sustetatus, grauia

demer sui. Equidē didici, ea re precedere maximē Deos ho-
minibus, quod nulla re ad usum sui indigeat. Igitur ex no-
bis, cui quā minimis opus sit, eū esse Deo similiorē. Proinde
 gratū habitū, ad contumelia diceretis, rem familiarē mihi
 perā & baculum fuisse. Quod utinā tantus animi forē, ut
 prater eā supellectilē nihil quicquā requirerē, sed eundē
 ornatū dignē gestare, quē Crates ultro diuitijs abiectis ap-
 petiuit! Crates, inquit, si quid credis, Emiliane, vir domi
inter Thebanos proceres dives, & nobilis, amore huius ha-
bitus quē mihi obiectas, rē familiarē largam & vberē po-
pulo donavit, multis servis à sese remotis solitatem dele-
git, arbores plurimas & frugiferas prae vno baculo spreuit,
villas ornatissimas una perula mutavit: quā postea, cōper-
ta utilitate, etiā carmine laudavit, flexis ad hoc Homericis
versibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. Principium
dicam, ne me haec ad defensionem putes confinxisse:

Κρήτι τις γὰρ ὄσι μίση ἐν οἴκῳ ποίησεν

Καλὴ καὶ πειρὰ περὶ ῥήτους

lā cetera tā mirifica, quae si tu legisses, magis mihi peram,
 quā nuptias Pudētille inuidiffes. Perā & baculū tu philo-
 sōphis exprobrares? Igitur & equitib. faleras, & pedibus
 clypeos, & signiferis vexilla, & deniq; triūphantib. quadri-
 gas albas & togā palmatā. Non sunt quidē ista Platonicā
 secte gestamina, sed Cynica insignia familia. Verum tamen
 haec Diogeni & Antisthemi perā & baculus, quod Regib.
 diadema, quod Imperatorib. paludamentū, quod Pontifi-
 cibus galerum, quod lituus Auguribus. Diogenes quidē Cy-
 nicus, cū Alexandro Magno de veritate regni certabun-
 dus, baculo sceptri vice gloriabatur. Ipse deniq; Hercules
 inuictus (quoniā haec tibi ut quaedā medicabula animi for-
 det) ipse, inquit, Hercules lustrator orbis, purgator ferarū,
 gentiū dormitor: is tamen Deus cū terras peragraret, paulo
 prius quam in cœlum ob virtutes ascitus est, neque una
 pelle vestitus fuit, neque vno baculo comitator. Quod se
 be

*hac exempla * nihil putas, ac me non ad causam agendam, verum ad censum differendum vocasti, ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum à patre * HS. viginti, quod est vicies, paulò secùs: idque à me longa peregrinatione, & diutinis studijs, & crebris liberalitatibus, modice imminutù. Nam & amicorum plerisque opem tuli, & magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dote auxi. neque enim dubitarem equidem vel vniuersum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi quod maius est contemptu patrimonij. Tu verò, Emiliane, & id genus homines, uti tu es, inculti & agrestes, tanti reuerà estis, quantum habetis: ut arbor infœcunda & infelix, quæ nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum eius in trunco. At tamen parce postea, Emiliane, paupertatem cuiuspiam obiectare, qui nuper vsq; agellù Zarathensem, què tibi vnicù pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestiuù imbrè, triduò exarabas. Neq; enim diu est, cum te crebra mortes propinquorù immeritis hereditatibus fulserunt. Unde tibi potiùs, quàm ob istam teterrimam faciem, Charon nomen est? De patria mea verò, quòd eam sitam Numidie & Getulie in ipso confinio, meis scriptis ostendi, scis quibus memet professus sum, cum Lolliano*. Auito presète publice differerè, Seminumidam & Semigetulum. Non video, quid mihi sit in ea pudendum: haud minùs quàm Cyromaiori, quòd genere mixto sùt Semimedus ac Semipersa. Non enim ubi prognatus, sed ut moratus quisque sit spectandum: nec qua regione, sed qua ratione vitam vivere inierit, considerandum est. Olitori & cauponi meritò est concessum, olus & vinum ex nobilitate soli commendare: vinum Thasiù, olus Phiasum. Quippe illa terra alumna multum ad meliorem saporem inuerit. & regio fœcunda, & cœlum pluuium, & ventus clemens, & Sol apricus, & solium succidum. Enumerò animo hominis extrinsecus in-*

hospitium corporis immigranti, quid ex istis addi vel mi-
nuui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non in om-
nibus gentibus varia ingenia prouenerent? quanquam videā-
tur quaedam stultitia vel solertia insigniores. Apud socor-
disimos Scythas Anacharsis sapiens natus est, apud Athe-
nienses catos Meletides fatuus. Neque hoc eo dixi, quod
 me patria mea pœniteret; et si adhuc Syphacis oppidū esse-
 mus. quo tamen victo, ad Masinissam regem concessimus,
 munere populi: ac deinceps, veteranorum militum nouo
 * conditi, splendidissima colonia sumus: in qua colonia pa-
 trē habui loco * principis Duumviralē, cūctis honorib. per-
 functum. Cuius ego locum in ea repub. exinde ut participa-
 re curiam cœpi, ne quaquam degener, pari spero honore &
 * extimatione tueor. Cur ergo illa protuli? Ut mihi tu, E-
 miliane, minus posthac succenses: potiusque ut veniam im-
 pertias, si per negligentiam forte non elegi illud tuum At-
 ticum Zarat, ut in eo nascerer. Nōne vos pudicum est,
 hæc crimina, tali viro audiente, tam assueueranter obie-
 ctare? friuola & inter se repugnantia simul promere? &
 utraque tamen reprehendere? At non contraria accusa-
 tis? per am & baculum, ob auctoritatem: carmina & specu-
 lum, ob hilaritatem: unum seruum, ut de parci: treis liber-
 tos, ut profusi? prætereà eloquentiam Græcam, patriam
 barbaram? Quin igitur tandem expergiscimini, * at vos
 cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud virum
 seuerum, & totius prouincie negotijs occupatum? Quin,
 inquam, vana hæc conuicia aufertis? quin ostēditis, * quid
 in simulacristis? scelera immunia, & inconcessa maleficia, &
 arteis nefandas? Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu
 viget? Aggredior enim iam ad ipsum crimen Magie: qua
 ingenti tumultu ad inuidiam mei accensum, frustrata ex-
 pectatione omnium per nescio quas anileis fabulas deflagra-
 uit. Ecquandōne vidisti, Maxime, flammam stipula ex-
 ortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento? sed enim
 mat-

materia leui, caduco incēdio, nullis reliquijs? Hem tibi illa accusatio iurgijs inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquijs calumnia perman-
sura. Quae quidem omnis *Emiliano* fuit in isto vno desti-
 nata, me *Magum* esse: & idē mihi libet querere, ab eru-
 ditissimis ei aduocatis, quid sit *Magus*. Nam si, quod ego
 apud plurimos lego, *Persarum* lingua *Magus* est, qui no-
 stra sacerdos, quod tandem est crimen, sacerdotem esse? &
 ritē nosse, atque scire, atque callere, leges cerimoniarum,
 fas sacrorum, ius religionum? Si quidem *Magia* id est,
 quod *Plato* interpretatur θεῶν θεραπειά; cum commemo-
 rat, quibusnam disciplinis puerum regium adolescen-
 tem *Persae* imbuant. Verba ipsa diuini viri memini,
 quae tu mecum, *Maxime*, recognosce, dicentia: δις ἰ-
 πλά δὲ ἡρουφῶν ἐτῆρ' τὸν πᾶσα παρελαμβάνουσιν, οἷς ἰκεῖνοι βασιλείοις
 παιδαγωγῶσι ὀνομάζουσιν, εἰσὶ δὲ ἐξελιγμένοι πρὸς ἃν οἱ ἀριστοὶ δοξαστὲς ἐν
 ἡλικίᾳ τέτταρες: ὁ, τε σοφῶτατος, καὶ ὁ δικαιοτάτος, καὶ ὁ σφραγέστατος, καὶ ὁ ἀν-
 δρειότατος, ἃν ὁ μὲν μαγείᾳ τε διδάσκει τὴν ζωογόστον, τὸ ὄργμαζον. ὅτι δὲ
 τὸ τοῦ θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. *Audit* si ne *Ma-*
giam, qui eam temerē accusatis, artem esse *Dys* immortali-
 bus acceptam, colendi eos, ac venerandi pergnar am, piam
 scilicet, & * diuini scientē, iā inde à *Zoroastre* & *Oroma-*
Zo authoribus suis nobile, cœlitum * antistitē? quippe inter
 prima regalia docetur: nec vlli temerē inter *Persas* cōces-
 sum est *Magum* esse, haud magis quàm regnare. Idem
Plato in alia sermocinatione, de *Zamolxi* quodam *Thra-*
ci generis, sed eiusdem artis viro, ita scriptum reliquit:

* *

Quod si ita est, cur mihi nosce nō liceat vel *Zamolxi* bona
 verba, vel *Zoroastri* sacerdotia? Sin verò more vulgari, eū
 isti propriē *Magum* existimant, qui communionē loquendi
 cum *Dys* immortalibus, ad omnia quae velit incredibilia
 quadam vi cantaminū polleat: oppidō miror, cur accusare
 non timuerint, quē posse tantū fatentur. Neq; enim tam oc-
 culta & diuina potentia cauēri potest, itidem vt cetera. Si-
 cerium qui in iudicium vocat, comitatus venit. Qui vene-

*narum accusat, scrupulosis cibatur. Qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, quale isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cecam & inevitabilem prohibeat? Nullis scilicet. & ideo id genus crimen non est eius accusare, qui credit. Verum haec ferme communi quodam errore imperitorum philosophis obiectatur: ut partim eorum qui corporum causas meras & simplices rimantur, irreligiosos putent, eorumque Deos abnuerc: ut Anaxagoram, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, ceterosque rerum natura patronos: partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, & impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent, quasi facere etiam sciant, quae sciant fieri: ut olim fuere Epimenides, & Orpheus, & Pythagoras, & Ofsanes. Ac dein similiter suspecta est Eochi Cathorino, Socrati Demonion Platonis, το αραδον. Gratulor igitur mihi, cum & ego tot & tatis viris adnumeror. Ceterum quae ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt vana & inepta & simplicia, vereor ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt. Cur, inquit, piscium quaedam genera quaesisti? Quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso gulae causa liceret? Cur mulier libera tibi nupsit post annos tredecim viduitatis? Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupsit. Cur prius quam tibi nuberet, scripsit nescio quid in epistola, quod sibi videbatur? Quasi quisquam debeat causas aliena sententia reddere. At enim maior natu non est iuvenem a spernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus Magia fuisse, ut nubere vellet mulier viro, vidua coelibis, maior iuniori. Iam & illa similia: Habet quiddam Apuleius domi, quod sancte colit. Quasi non id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidit praesente, Apuleio puer. Quid enim si iuuenis, quid si etiam senex assistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus, vel
lubri*

lubrico soli prolapsus? Hiscine argumentis Magiam probatis? casu puerili, & matrimonio mulieris, & obsonio piscium? Possem equidem bono periculo, vel his dictis contentus, perorare. Quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine * largitur atque superest: cedo, si videtur, singula consideremus. Atque ego omnia obiecta seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde atque si facta sint fatebor, ut omnis ista multitudo, quæ plurima undique ad audiendum conuenit, apertè intelligat, nihil in philosophos non modo verè dici, sed ne falso quidem posse consingi, quod non ex innocentie fiducia, quamuis liceat negare, tamen habeant potius defendere. Primum igitur argumenta eorum cõiuncam, ac refutal: nihil ea ad Magiã pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem, tamen ostendam, neque causã ullam, neque occasionem fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso inuidia, deq; epistolis mulieris perperam lectis, & nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo. Idq; à me susceptũ * potius officij gratia, quã lucri causa, docebo. Quod quidẽ matrimonium nostrum Aemiliano huic, immanẽ quanto angore, quantæque inuidia fuit: inde omnis huiusce accusationis obẽde ira & rabies, & denique insania exorta est. Quæ si omnia palam & dilucidè ostendero, tũc denique te, Claudi Maxime, & omneis qui adsunt contestabor, puerũ illum * Sicinnium Pudẽtem priuignum meum, cuius obtentu & voluntate à patruo eius * accusor, nuperrimè curã mea ereptum, postquã frater eius Pontianus & natu maior, & moribus melior, diem suum obijt: atque ita in me ac matrem suam nefariè efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studijs, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo Aemiliano potius quã fratri Pontiano similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Aemiliani huiusce deliramẽta, orsus ab eo, quod ad suspiciõnẽ Magiæ, quasi validissimũ in prin

cipio dici animaduertisti, nonnulla me piscium genera per
 quosdam piscatores pretio quasisse. Vtrum igitur horum ad
 suspectandam Magiam* valet, quod nec piscatores mihi pi-
 sce quaserunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium
 istud dandum fuisse, atque ita opera cuiusque artis permutanda,
 si vellem calumnias vestras vitare, ut faber mihi
 piscem, ut piscator mutuo lignum dedolaret? An ex eo intel-
 lexistis maleficio quæri pisciculos, quod pretio quærebantur?
 Credo si conuiuio vellem, gratis quasissem. Quin igitur
 etiam ex alijs plerisque me arguitis? Nam sæpenumero &
 vinum, & olus, & pomum, & panem pretio mutavi. Eo
 pacto cupediarijs omnibus famem decernis. Quis enim ab
 illis obsonare audebit? Si quidem statueris, omnia edulia,
 quæ* de penso parantur, non cœna, sed Magia desiderari.
 Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus
 mercede inuitatis, ad quod solent; ad piscem capiendum,
 quos tamen nullos ad testimonium produxere, quippe qui
 nulli fuerunt, neque in ipso pretio rei venalis, cuius tamen
 quantitatem nullam taxauere, ne si mediocre pretium dixissent,
 conteneretur, si plurimum, non crederetur: si in his, ut
 dico, nulla suspicio est, respondeat mihi Emilianus, qui
 proximo signo ad accusationem Magia sit inductus. Pisces,
 inquit, quæris. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quæris,
 Magus est? Equidem non magis arbitror, quam si lepores
 quærerem, vel apros, vel altilia. An soli pisces habent aliquid
 occultum alijs, seu Magis cognitum. Hoc si scis quid sit, Magus
 es profecto: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare,
 quod nescis. Tam rudeis vos esse omnium literarum, omnium
 denique vulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis
 ista verisimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem
 accendendum, piscis brutus & frigidus, aut omnino res
 pelago quæsitæ? Nisi forte hoc vos ad mendacium induxerit,
 quod Venus dicitur pelago exorta. Audi sis* tam non
 impudens quam multa nescieris, qui de piscibus argum-
 tum

rum Magia recepisti. At si Vergilium legisses, profecto scis-
ses, alia queri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio,
enumerat vittas molleis, & verbenas pingueis, & thura
mascula, & licia discolora, prætere à laurum fragilem, li-
mum durabilem, ceram liquabilem: nec minus, quæ iam in
opere serio scripsit,

Falcibus & messe ad lunam quærentur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.

At tu piscium* in simulator, longè diuersa instrumenta Ma-
gis attribuis, non frontibus teneris detergenda, sed dorsis
squalentibus* excidenda: nec fundo reuellenda, sed pro-
fundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis* inun-
cunda. Postremo, in maleficio ille venenum nominat, tu pul-
mentum: ille herbas & surculos, tu squamas & ossa: ille
pratium decerpit, tu fluctum scrutaris. Memorassem tibi et-
iam Theocriti paria, & alia Homeri, & Orphei plurima,
& ex comædijs & tragædijs Græcis & ex historijs multa
reperissem, ni te dudum animaduertissem Græcâ Pudentilla e-
pistolâ legere nequiuisset. Igitur unum etiâ poetam Latinum
atingam, versus ipsos, quos agnoscent qui Lalium legere:

Philtia omnia vndique eruunt,

*Antiphates illud quæritur,

Trochiscili, vngues, teniæ,

Radiculæ, herbæ, surculi,

Auræ ilices, bichordilæ,

*Hinnientium dulcedines.

Hæc & alia quæsisse me potius, quàm pisces, longè verifi-
milis confinxisses. His etenim fortasse per famam peruul-
gatam fides fuisset, si tibi vlla eruditio ad fuisset. Enim uero
piscis ad quam rē faciat captus, nisi ad epulas coctus? cete-
rum ad Magiam nihil. Quanquã videatur nihil adinta-
re, dicã unde id coniectem. Pythagorã plerique Zoroastri

seſtatores, ſimiliterq; Magia peritum arbitrari, eum memoria prodiderunt, cum animaduertiſſet proxime Metapōtū, in litore Italia ſua, quam ſubiſciuam Græciam fecerat, à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emiſſe: & pretio dato, iuſſiſſe illico piſces eos qui capti tenebantur, ſolui retibus, & reddi profundo. Quos ſcilicet eum de manibus amiſſurum non fuiſſe, ſi quid in his utile ad Magiam comperiſſet. Sedenim vir egregie doctus, & veterum emulator, meminerat Homerum poetam multiſcium, vel potiùs cunctorum rerum adprime peritum, vim omnem medicaminum non mari, ſed terra ſcripiſſe, cum de quadam ſaga ad hunc modum memorauit:

* *

Itēque alibi carminum ſimiliter:

* *

Cum tamen nunquam apud eum marino aliquo & piſculento medicauit, nec Proteus faciem, nec Vlyſſes ſcrobem, nec Aeolus follem, nec Helena crateram, nec Circe populum, nec Venus ſingulum. At vos ſoli reperti eſtis ex omni memoria, qui vim herbarum, & radicum, & ſurculorum, & lapillorum, quaſi quadam colluione nature, de ſummis montibus in mare transferatis, & penitus piſcium ventribus inſuatis. Igitur ut ſolebat ad Magorum cerimoniaſ, aduocari Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luna noctium conſcia, & manium potens Triuia: vobis authoribus poſthac Neptunus cum Salacia, & Portunus cum omni choro Nereidum, ab aſtibus fretorum ad aſtus amorum transferentur. Dixi cur non arbitrer quicquam negotij eſſe Magis & piſcibus. Nunc, ſi videtur, credamus. Aemiliano, ſolere piſces etiam ad magicas poteſtates adiuuare. Num ergo propterea, quicumque piſcem quaerit, & ipſe Magus eſt? Eo quidē pacto, & qui myoparones quaſierit, pirata erit: & qui veſtem, perſeſſor: & qui gladium, ſicari-

*rius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua obesse: nec tam latum, quin possit ad tristitudinem intelligi. Nec tamen iocircò omnia ad nequiem rem suspicionem trahuntur. etsi thus & castiam & myrrhã, ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitris, cum & medicamento parentur, & sacrificio. Ceterum eodem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait Poëta precipuus, flexis hamulis apud Pharum insulam famem propulsasse: etiam mergos, & delphinos, & scyllas, tu eodem referes: etiam gulones omneis, qui impenso pisces pretio à piscatoribus mercantur: etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces arte *acquirunt. Cur ergo tu queris? Nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te, si potes, ad hoc quæsisse me argue, ut si helleborum, vel cicutam, vel succum papaueris emissem, item alia eiusdem modi, quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio vel quantitas noxia est: quis æquo animo pateretur, si me per hoc veneficij arcesseres, quòd ex illis potest homo occidi? Videamus tamen quæ fuerint piscium genera, tam necessaria ad habendum, tamque rara ad reperiendum, ut meruò statuto premio quærentur. Tria omnino nominauerant: unum falsi, duo mentiti. Falsi quòd leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi *Themis conseruus noster, medicina non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad *inspiciendum. nam quidem leporem nondum etiam inuenit. Sed profiteor me querere & cetera, non piscatoribus modo, verum etiam amicis meis negotio dato, quicumque minus cogniti generis piscis inciderit, ut eius mihi aut formam commemorent, aut ipsum viuum, si id nequierint, vel mortuum ostendant. Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi videntur, cum me ad finem calumnie consinxerunt, duas res marinas, impudicis vocabulis quæsisse: quas*

Tannonius ille, cum utriusque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui propter infantiam causidicus summus nequireret, multum ac diu hesitato, tandem virile marinum, nescio qua circumlocutione male ac sordide nominavit. Sed enim foemina nullo pacto reperiens muditer dicere, ad mea scripta confugit, quia & e quodam meo libro legit: Interfœminium tegat, & femoris obiectu, & palinæ velamento. Hic etiã, pro sua gravitate, vitio mihi vortebat, quod me nec sordidiora dicere honestè pigeret. At ego illi contra iustius exprobrauerim, quod qui eloquentia patrocinium vulgò profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret, ac sepe in rebus nequaquam difficilibus fringuliat, vel omnino obmutescat. Cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem, neque interfœminium nominassem, quibus tandem verbis accusasses crimen illud, tam stultitiæ quàm linguæ tuæ congruens? An quicquam stultius, quàm ex nominum propinquitate vim similem rerum coniectari? Et* fortasse, an præacutè reperisse vobis videbamini? At quæsisse me fingeretis ad illecebras Magicas duo hac marina, veretillam, & virginal. Disce enim nomina rerum Latina: quæ propterea variè nominavi, ut denuò instructus accuses. Memento tamen tam ridiculum argumentum fore, considerata ad res Venerias marina obscœna, quàm si dicas marinum pectinẽ* comando capillo quæsitu, vel aucupandis volantibus piscem accipitrem, aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina caluaria. Respondeo igitur ad hunc vestrum locum, non minus insulse quàm absurde commentum, me hasce nugas marinas, & quifquillas litoraleis, neque pretio neque gratis quæsisse. Illud etiam prætereà respondeo, nescisse eos, quid à me quæsitum fingeretis. Hæc enim friuola, quæ nominastis, pleraque in litoribus omnibus congestim & aceruatim iacent, & sine ullius opera, quamlibet leuiter motis flucticulis vltro foras evoluuntur. Quin ergo dicitis, me eadem opera pretio impens

penso per plurimos piscatores quassisse de litore conchulam
 stratā, testā habentem, calculum teretem: prætereà can-
 crorum furcas, echinorum caliculos, lolliginū ligulas: postre-
 mò assulas, festucas, resticulas, & ostrea Pergami vermicu-
 lata: deniq; muscum, & algam, & cetera maris eiectionem
 ta, quæ ubiq; litorum ventis expelluntur, salo expuuntur,
 tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur. Neque e-
 nim minùs istis, quæ commemoravi, accommodari possunt,
 similiter ex vocabulo suspiciones. Posse dicitis ad res Ve-
 nereas sumpta de mari spuria & fascina propter nomi-
 num similitudinem: quì minùs possit ex eodem litore calcu-
 lus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera, al-
 ga ad *quercetum? Næ tu, Claudî Maxime, nimis patiens
 vir es, & oppido proxima humanitate, qui hasce eorum ar-
 gumentationes diu hercule perpeffus sis. Equidem cùm
 hæc ab illis quasi grauia & inuincibilia dicerentur, illorū
 stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Ceterū,
 quamobrem plurimos iam piscis cognouerim, *quorundam
 adhuc nescius esse nolui, discat Amilianus, quoniam vs-
 que adeò rebus meis curat: quanquam est iam præcipiti æ-
 uo, & occidua senectute; tamen si videtur, suscipiat doctri-
 nam, seram planè, & *post vinum legat veterum philoso-
 phorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primū
 hæc requisisse, sed iam pridem maiores meos, Aristotelem
 dico, & Theophrastum, & Eudemum, & Lyconem, cete-
 rosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu a-
 nimalium, * deq; particulis, deque omni differentia reli-
 querunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui
 pro tua eruditione legisti profectò Aristotelis ἑὴ τῶν Ἰων
 τῶν, ἑὴ τῶν ἀνατολῶν, ἑὴ τῶν ἰσοπῶν multiyuga volumina: præ-
 tereà Problemata innumera eiusdem: tum ex eadem
 secta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur.
 Quæ tanta cura conquisita, si honestum & gloriosum fuit
 illis scribere, cur turpe sit nobis experiri? præsertim

cum ordinatius & cohibilius, eadem Gracè & Latine ad-
 nitar conscribere, & in omnibus aut ommissa acquirere, aut
 defecta supplere? Permittite, si opera est, quadam legi de
 Magicis meis, ut sciat me *Emilianus*, plura quam putat
 querere, & sedulo explorare. Prome tu librum ex Gracis
 meis, quos forte hic amici habuere, sedulique *Naturalium*
Questionum: atque eum maxime, in quo plura de piscium
 genere tractata sunt. Intere à, dum hic querit, ego exemplū
 rei competens dixerō. *Sophocles* poëta *Euripidi* emulus &
 superstes (vixit enim ad extremā senectam.) cum igitur
 accusaretur à filio suomet dementiæ, quasi iam per ætatem
 desiperet, protulisse dicitur *Colonaem* suam, peregre-
 giam *tragediarum*, quam forte tum in eo tempore conscribat:
 eamque iudicibus legisse, nec quicquam amplius pro defen-
 sione sua addidisse, nisi ut audacter dementiæ condemna-
 rent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior, omnes
 iudices tanto poëte adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse,
 ob argumenti solertiam, & cothurnum facundie: nec ita
 multum omnis abfuisse, quin accusatorem potius dementiæ
 condemnarent. Inuenisti tu librum? *Beasti*. *Cedo enim,
 experiamur, an & mihi possint in iudicio literæ meæ pro-
 desse. Lege pauca in principio, deinde quedam de pisci-
 bus. At tu, intere à dum legit, * *causam sustine*. Audisti
Maxime, quorū pleraque scilicet legeras apud antiquos
 philosophorum. & memento, de solis piscibus hæc volumi-
 na à me conscripta: qui eorum coitu progignantur, qui ex
 limo coalescant, quoties & quid anni cuiusque eorum gene-
 ris foemina subent, mares suriant, quibus membris & cau-
 sis discreuerit natura viuiparos eorum & ouiparos: ita e-
 nim appello, quæ Gracī ^{plus dōnus}. Et, ne operose anima-
 lium genita pergam, deinde de differentia & victu, &
 membris, & etatibus, ceterisque plurimis, scitu quidem
 necessarijs, sed in iudicio alienis. Pauca etiam de Latinis
 scriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi iube-
 bo: in

bo: in quibus animaduertes, cum in eis cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inusitata, & in hodiernum (quod sciam) infecta: ea tamen nomina labore meo & studio ita de Græcis prouenire, ut tamen Latina moneta percussa sint. Vel dicant nobis, Emiliane, patrem tui, ubi legerint Latine hæc pronuntiata vocabula, de solis aquatilibus dicam, nec cetera animalia nisi in communibus differentes attingam. Ausculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis Magica nomina Egyptio vel Babylonico ritu percensere. Possum etiam pergere: sed non est operæ in istis diem terere, ut sit mihi tempus aggredi ad cetera. Hæc interim, quæ dixi, pauca recita, Latine à me enuntiata.

* *

Utrum igitur putas philosopho, non secundum Cynicam temeritatem rudi & indocto, sed qui se Platonicæ scholæ meminerit, utrum ei putas turpe, scire ista, an nescire? negligere, an curare? nosse quanta sit etiam in istis prouidentie ratio, an de Dijs immortalibus matri & patri credere? Q. Ennius* ades Phagitica, quæ versibus scripsit, innumeraabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet curiosè cognouerat. Paucos versus memini, eos dicam:

Omnibus ut clypea præstat, mustela marina,

Mures sunt * Æni aspera & ostrea & plurima Abydi,

Mus Mitylenæ est pecten, caradrum quæ apud Umbraciæ sineis.

Brundisij fargus bonus est: hunc, magnus si erit, fume.

Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.

Surrenti ellopa fac emas, glaucū apud Cumas, quid

Scarum præterij, cerebrum Iouis penè supremi?

Nestoris ad patriam hic capitur magnusq; bonusq;

Melanurum turdum, merulamque umbramque marinam.

Polypus Corcyrae, caluaria pinguis Carnae,
Purpura, matriculi, mures, dulces quoque echini.

Alios etiam multis versibus decoravit, & ubi gentium quisque eorum inueniatur ostendit, qualiter assus aut iussulentus optime sapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur.
 *Næ ego reprehendar, qui res paucissimis cognitae Græcæ, Latine proprijs & elegantibus vocabulis conscribo? Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si medicina neq; instudiosus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piscibus quaero, ut sanè sunt plurima, cum in alijs omnibus rebus eodem naturæ munere interspersa atque interseminata, tum etiam nonnulla in piscibus? An remedia nosse, & ea conquirere, Magi potius esse, quam medici, quæ deniq; philosophi putas? qui illis non ad questum, sed ad suppetias usus est. Veteres quidè medici etiã carmina remedia vulnerum norant, ut omnis vetustatis certissimus autor Homerus docet, qui facit Vlyssi de vulnere sanguinè profluentè sisti cantamine. Nihil enim, quod salutis ferendæ gratia fit, criminofum est. At enim, inquit, piscem cui rei nisi *malè proscidisti, quæ tibi *Thenus conseruus attulit? Quasi verò non paulò prius dixerim, me de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa conscribere: ac libros *icè τὸ πρῶτον Aristotelis & explorare studio, & augere. Atqui adeò miror, quòd unum à me pisciculū inspectum sciatis, cum iam plurimos qui vbiq; locorum oblatis sunt, aequè inspexerim. Prasertim, quòd ego nihil clanculo, sed omnia in propatulo ago. At quiniis vel extrarius arbiter assistat, more hoc & instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum & magnificum debere, si que at, in primori fronte animum gestare. Hunc adeò pisciculū, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis qui aderant ostendi: nec dum etiã decerno quid vocent, nisi quaeram sanè accuratius, quòd nec apud veteres philosophos proprietatem eius piscis reperio: quan-

quanquam sit omnium rarissima, & hercule memoranda. Quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera ex ossis, XII. numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in ventre eius connexa & catenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisisset scripto prodere: qui asselli piscis solius omnium in media aluo corculum situm pro maximo memoravit. Piscem, inquit, proscidisti. Hoc quis ferat philosopho crimen esse, quod lanio vel coco non fuisset? Piscem proscidisti. quid? crudum? id accusas? si cocto ventrem rusparer, hepeticam suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens suomet obsonio dixit, eam rem non putares accusandam. Atqui maius crimen est philosopho comesse pisces, quam inspicere. An hariolis licet iociner a rimari, philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium aruspicem, omnium Deum sacerdotem? Hoc in me accusas, quod ego & Maximus in Aristotele miramur: cuius nisi libros bibliothecis exegeris, & studiosorum manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc penè plura quam debui. Nunc præterea vide, quam ipsi sese reuincant. Aiunt, mulierem Magicis artibus, marinis illecebris à me petitam: eo in tempore, quo me non negabant in Getulicæ mediterraneis montibus fuisse, ubi pisces per Deucalionis diluvia reperiantur: quod ego gratulor nescire istos. Legisse me Theophrasti quoque & Nicandri Særens.

Ceterum me etiam beneficijs postularent, ut qui hoc negotium ex lectione & emulatione Aristotelis nactus sum, non nihil & Platone me adhortate, qui ait, eum qui ista vestiget, Nunc quoniã pisces horum satis patuerunt, accipe aliud, pari quidè stultitia, sed multo tãto vanius & nequius excogitatum. Scierunt & ipsi, argumentum piscarium futile, & nihil futurum: præterea novitatem eius ridiculam. Quid n. fundo audiuit, ad maleficia Magica disquammari & exdorsari pisces solere? Potius aliquid de reb. peruulgatio-

ribus, & iam creditis fingendum esset Igitur ad præscriptū opinionis & fame confinxere, puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco, arula, & lucerna, & paucis conscijs restibus, ubi incantatus sit, corruisse: postea nescientem sui excitatum. Nec ultra isti quidē progredi mendacio aucti. Etenim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum eundē multa præfatio prædixisse: quippe hoc emolumentum canticis accipimus, præfugium, & diuinationem: nec modò vulgi opinione, verum etiam doctorum virorum auctoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini apud Varronem philosophū, virum accuratissimè doctū atque eruditum, cum alia huiusmodi, tum hoc etiā legere: Trallibus de euentu Mithridatici belli Magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulacrorum Mercurij contemplantem, quæ futura erant centum sexaginta versibus cecinisse. Itēque Fabium, cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum venisse: ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum, ceteri ut forent distributi: vnum etiam denarium ex eo numero habere M. Catonem philosophū, quē se à pedissequo in stirpe Apollinis accepisse Cato confessus est. Hæc & alia apud plerosque Magicis pueris lego equidem: sed dubius sententiæ sum, dicāne fieri posse, an negem. Quamquā Platonem credam, inter Deos atque homines, natura & loco medias quasdam Diuorum potestates intersitas, easque diuinationes cunctas & Magorū miracula gubernare. Quin & illud mecum reputo, posse animum humanum, & puerilem præsertim simplicemque, seu carminum auocamento, siue odorū delinimento soporari, & ad obliuionem præsentium externari: & paulisper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturā suā, quæ est immortalis scilicet, & diuina, atq; ita, veluti quodā sopore, futura rerū præfagire. Verum enim verò, ut ista sese habent, si qua fides hisce rebus

rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer, prouidus (quantum ego audio) & corpore decorus atque integer deligi, & * animos solers, & ore facundus, ut in eo aut diuina potestas, quasi bonis adibus, diuersetur, si dignè tamen ea pueri corpore includitur: aut ipse animus expergitus citò ad diuinationem suam redigatur: que ei promptè insita, & nulla obliuione sanctia & hebes, facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. Quod si ita est, nominate quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. Caterùm Thallus, quem nominastis, medico potius quam Mago indiget. est enim miser, morbo comitiali ita infectus, ut ter aut quater die sepe numero sine ullis cantaminibus corruat, omniàque membra conflictationibus debilitet: facie ulcerosus, fronte & occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium Magus est, quo presente Thallus diu steterit: ita plerunque morbo ceu somno vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis subuersum dixistis, quòd fortè me coram semel decidit. Conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denuntiastis. Possunt dicere omnes, quid in Thallo dispiciant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, eodem poculo bibere. Et quid ego de seruis? vos ipsi videtis. Negate Thallum, multò prius quàm ego*. Eam venire, corruere eo morbo solitum, medicis sepe numero ostensum. Negant hoc conserui eius, qui sunt in ministerio vestro? Omnium rerum conuictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu diu ablegatus est in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis negari potest, eò nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam, ut omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit, nudius tertius nobis Æmilianns denuntiavit, ut seruos numero quindecim apud te exhiberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido

erant. Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, fermè ad centesimum lapidem, longè ex oculis. Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculò aduehat. Interroga, Maxime, quatuordecim seruos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, & quàm saluè agat: interroga seruos accusatorum meorum. Non negabunt turpissimum puerum, corpore putri & morbido caducum barbarum, rusticanum. Bellum verò puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem pulchro pallio amiciat, à quo responsum speret. Vellem herculè adesset. tibi eum, Emiliane, permissem, ut teneres ipse, ut interrogares. Iam in media questione, hic ibidem pro tribunali oculos trucidis in te inuertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremò in sinu tuo corruisset. Quatuordecim seruos quos postulasti, exhibeo: cur illis ad questionem nihil vteris? Vnum puerum, atque eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est euidentior calumnia? Quatuordecim serui petitu tuo adsunt, eos dissimulas: unus puerulus abest, eum insimulas. Postremò quid vis? puta Thallum adesse. Vis probare, eum præsentem me concidisse? Vltrò confiteor. Carmine id factum dicis? Hoc puer nescit: ego non factum, reuincō. Nunc, caducum esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potius, quàm morbo, attribuatür eius ruina? An euenire non potuit, ut fortè præsentem me idem pateret, quod sæpe alias multis præsentibus? Quod si magnū putarem, caducum deicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis, ut apud Physicos lego, pulchrè & facillè hunc morbum exploret: cuius odore etiam in venalitijs vulgò sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis à figulo circumactus, non difficillè eiusdem vilitudinis hominem vertigine sui* corrigit. ita spectaculum rotationis eius animum saucium debilitat: ac multò plus ad caducos consternendos figulus valet, quàm Magus. Tu frustra

frustra postulasti ut seruos exhiberem: ego non de nihilo postulo, ut nomines, qui nam testes huic piaculari sacro adfuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Vnum omnino nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas: is enim affuisse se dicit. cuius pueritia etsi nihil ad religionem suffragaretur, tamen accusatio fidem derogaret. Facilius fuit, Emiliane, ac multo grauius, tete ut ipsum diceres interfuisse, & ex eo sacro coepisse dementiri potius, quam totum negotium, quasi ludicrum pueris donares. Puer cecidit, puer vidit: num etiam puer aliquis incantauit? Hic satis veteratorie, Tannonius Pudens, cum hoc quoque mendacium frigere, ac prope iam omnium vultu & murmure explosum videret, ut vel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producanturum, qui sint aequae a me incantati: atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. Quod quanquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque vltro pro-uoco. Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quam ut producant. Postulo igitur & flagito Tannoni Pudens, ut expleas quod es pollicitus. Cedo pueros istos quibus confiditis: producat, nomina qui sint: mea aqua licet ad hoc utare. Dic, inquam, Tannoni, quid taces? quid contraris? quid expectas? Quod si hic nescit quid dixerit, aut nomina oblitus est, at tu, Emiliane, cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueris. exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hoc cene accusare est? hoc cene tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia insectari? Quod si forte patronus tuus verbo prolapsus est, & nullos pueros habes quos producas, saltē quatuordecim seruis, quos exhibui, ad aliquid utere: aut cur sisti postulabas tantam familiam, Maeria accusans? De quindecim seruis denuntiasti: quod si de vi accusares, quot tandem seruos postulares?

Sciunt ergo aliquid quindecim serui, & occultum est? an oculum non est, & Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse, in quo tot conscios non timuerim: aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta, igitur & occulta non minus, quam terra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata: cui non modo seruorum, verum etiam liberorum pauci adhibentur. Et tu quindecim seruos vis interfuisse. Naptiene ille fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? Quindecim serui sacrum Magicum participant, quasi Quindecimviri sacris faciundis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuisses, si conscientia nimis multi sunt? Quindecim liberi homines, populus est: totidem serui, familia: totidem vincti, ergastulum. An auditorio multitudine eorum necessaria fuit, qui diuine hostias Iustraleis tenerent? At nullas hostias nisi gallinas nominauisti? An ut grana thuris numerarent? an ut Thallum posternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixisti, eiusdem Thalli valitudinis: quam ego pollicitus sum curaturam. eam quoque incantatam a me corruisse. Vt video, vos palestritam non Magum accusatum venistis. Ita omnes qui me accesserint, dicitis cecidisse. Negavit tamen querente te, Maxime, Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est, quicquam ultra passam: nisi quaesisse me, Ecquid illi aures obtinnirent, & ultra earum magis. ubi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam, confestim* discessisse. Hic ego, Maxime, quanquam sedulo impresentiarum a laudibus tuis tempero,* nec ubi tibi ob causam istam videar blanditus, tamen solertia tua in percontando nequeo quin laudem. Dudum enim cum agerentur haec, & illi incantatam mulierem dice-

rent,

rēt, medicus qui adfuerat abnueret, quaesisti tu nimis quā
 prudēter, quod mihi emolumētū fuerit incatandi? respon-
 derunt, ut mulier rueret. Quid deinde? mortua est? inquis:
 negarunt. Quid ergo dicitis? quod Apuley commodum, si
 ruiisset? ita enim pulchrè ac perseueranter tertio quaesisti,
 ut qui scires omnium factorum rationes diligentius exa-
 minandas, ac sapius causas queri, facta concedi: eoque
 etiam patronos litigatorū causidicos nominari, quòd, cur
 quaeque facta sint, expediant. Ceterum negare factum, fa-
 cilis res est, & nullo patrono indiget: recte factū vel perpe-
 ra, docere, id verò multò arduū & difficile est. Frustra igitur,
an factum sit, queritur, quod nullam malā causam ha-
buit ut fieret. Ita facti reus, apud bonum indicem scrupulo
questionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc,
 quoniā neq; incantatam, neque prostratam mulierem pro-
 bauerunt, & ego non nego petiti medici à me inspectam,
 dicā tibi, Maxime, cur illud de auriū tinnitu quaesierim,
 non tam purgandi mei gratia in ea re quā tu iā prauidica-
 sti neque culpæ neq; crimini confinem, quā ut ne quid au-
 ribus tuis & doctrina tua congruens reticuerim. Dicam
 igitur quā breuissimè potero: etenim admonendus es mi-
 hi, non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo
 Timæo, cœlesti quadam facundia uniuersum mundum mo-
 litus, postquā de nostri quoque animi trinus potestatibus
 solertissimè differuit, & cur quaeque membra nobis diuina
 prouidentia fabricata sint, aptissimè demonstrauit, causam
 morborum omnium trifariam percenset. Primam causam
 primordys corporis attribuit: si ipse elementorum quali-
 tates, humida & frigida, & his due aduersæ non con-
 gruant. Id ad eò euenit, cū quæpiam earum modo excessit,
 aut loco demigravit. Sequens causa morborum inest in eo-
 rum vitio, quæ iam concreta ex simplicibus elementis, una
 tamen specie coaluerunt: ut est sanguinis species, & visce-
 ris, & ossis, & medullæ, porrò illa quæ ex hisce singulari-

bus mixta sunt. Tertio, in corpore cōcrementa varij fellis, & turbidi spiritus, & pinguis humoris, nouissima egritudinum incitamenta sunt. Quorum è numero precipua sit materia morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in humorem crassum & spumidum inimico igni conliquescit, & spiritum indidem parto ex candore compressi aëris albida & tumida tabes fluit. Ea namque tabes, si foras corporis prospirauit, maiore dedecore quã noxa diffunditur. Pectoris enim primorẽ cutim vitiligine insignit, & omnimodis maculationibus conuariat. sed cui hoc usu uenerit, nunquam postea comiciali morbo attentatur: ita egritudinem animi grauissimam, leui turpitudine corporis compensat. Enimuerò si perniciofa illa dulcedo intus cohibita, & bili atra sociata, uenis omnibus furens peruasit: deinde ad summum caput uiam molita, durum fluxum cerebro immiscuit, illicò regalem partem animi debilitat, que ratione pollens, verticem hominis uelut arcem & regiam insedit. Eius quippe diuinas uias & sapientis meatus obruit & obturbat: quod facit minore perniciè per soporem, cum potu & cibo plenus, comicialis morbi prænuntia strangulatione modicè angit. Sed si usque adeo aucta est, ut etiam uigilantium capiti offundatur: tum uerò repentino mentis nubilo obtorpescent, & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo maiorem & comitalem, uerum etiam diuinum morbum, ita ut Greci ἰσχυρὸν, uerè nuncuparunt: uidelicet quòd animi partem rationalem, que longè sanctissima est, eam uiolet. Agnoscis, Maxime, rationem Platonis, quantùm potui pro tempore perspicuè explicatam, cui ego fidem arbitratus, causam diuini morbi esse, cum illa pestis in caput redundauit, haudquaquam uideor de nihilo percontatus, an esset mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tēpora pulsata, auris sonora. Et ceterum, quòd dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, si-gnum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora

validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum & ipsa egritudine succumbunt. Aristoteles adeo in Problematis scriptum reliquit, quibus aequè caducis à dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Lōgum est, si velim Theophrasti quoq; sententiam de eodem morbo recensere. est enim etiam eius egregius liber de Caducis. Quib. tamen in alio libro, quē De non vidētib. animalibus conscripsit, remedio esse ait exuias stellionum, quas velut senū, more caterorum serpentium, temporibus statutis exuant. Sed nisi confestim eripias, malignone praesagio, an naturali adpetentia, illicò conuertuntur, & deuorant. Hac iccirco commemoravi, nobilium philosophorum disputata simul & libros sedulo nominavi, nec ullū ex medicis aut poetis volui attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi suapte doctrina causas morborum & remedia nouerunt. Igitur cum ad inspiciendum mulier agra, curationis gratia, ad me perducta sit; atque hoc & medici confessione qui adduxit, ad meam ratiocinationem rectè factum esse conueniat: aut constituent, Magi & malefici hominis esse, morbis mederi: aut si hoc dicere non audent, fateantur se in puero & muliere caducis vanas & prorsus caducas calūnias intendisse. Imò enim, si verū velis, Emiliane, tu potius caducus, qui iam tot calumnijs cecidisti. Neq; enim grauius est corpore quam corde collabi, pede potius quam mente corruere: in cubiculo despui, quā in isto splendidissimo coetu derestarti. At tu fortasse te putas sanū, quòd non domi contineris, sed insaniam tuam, quoquò te duxerit, sequeris. Atqui si contendere vis furorem tuum cum Thalli furore, inuenies non permultum interesse, nisi quòd Thallus sibi, tu etiam alijs furis. Ceterum Thallus oculos torquet, tu veritatem: Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pauimentis* illuditur, tu tribunalibus. Postremò, ille quicquid agit, in egritudine facit, ignorans peccat: at tu miser, prudens & sciens delinquis, tanta vis

morbi te instigat. falsum pro vero insimulas, infectum pro facto criminaris: quem innocentem liquido scis, tamen accusas ut nocentem. Quin etiam, quod præteris, sunt quæ factæ aris nescire, & eadem rursus, quasi scias criminaris. Ais enim, me habuisse quædam sudariola inuoluta apud Lareis Pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuerint, nescisse te confiteris, neque prætereà quenquam esse qui viderit: tamen illa contendis instrumenta Magia fuisse. Nemo tibi blandiatur Emiliane. Non est in accusando veritas, ac ne impudentia quidem, ne tu arbitraris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, & misera insania crude senectutis. His enim penè verbis cum tam graui & perspicaci iudice egisti: Habuit Apuleius quæpiam linteolo inuoluta apud Lareis Pontiani: hæc quoniam ignoro quæ fuerint, iccirco Magica fuisse contendo. crede igitur mihi quod dico, quia id dico quod nescio. O pulchra argumenta, & aperte crimen reuincunt! Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es Emiliane, qui scias etiam illa quæ nescis. Tantum super omnibus stultitiæ vectus es. quippe qui solertissimi & acerrimi philosophorum, ne ys quidem confidendum esse aiunt, quæ videmus: at tu de illis quoque affirmas, quæ neque conspexisti unquam, neque audisti. Pontianus si viueret, atque eum interrogares, quæ fuerint in illo inuolucro, nescire se responderet. Libertus etiam ille qui clauēs eius loci hodiernum habet, & à vobis stat, nunquam se ait inspicisse: quanquam ipse aperiret, ut potè promus librorum qui illic erant conditi, penè quotidie: & clauderet sæpe nobiscum, multò sapius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo, sine vinculo: Quid ni enim? Magica res in eo occultabantur, eo negligentius adseruabam. Sed enim liberè scrutandum & inspiciendum, si liberet, etiam auferendum, temerè exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio permittebam. Quid igitur

sentiarum vis tibi credi, quod ne Pontianus * quidem sciret, qui indiuiduo contubernio mecum vixit, id te scire, quem nunquam viderim nisi pro tribunali? An quod libertus assiduus, cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus non viderit, te, qui nunquam eò accesseris, vidisse? Denique ut quod non vidisti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui stulte, si hodie illud sudariolum tu intercepisses, quicquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeò permitto. finge quiduis, reminiscere, excogitas quod possit Magicum videri: tamen de eo tecum decertarem. aut ego subiectum dicerem, aut remedio acceptum, aut sacro traditum, aut somnio imperatum. Mille alia sunt, quibus possem more communi & vulgatissima obseruationum consuetudine verè refutare. Nunc id postulas, ut quod deprehensum & detentum, tamen nihil me apud bonum iudicem lederet, id inani suspitione incertum & incognitum condemnet. Haud sciam, an rursus, ut soles, dicas: Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum, apud Lareis potissimum deposuisti? Itane est, Emiliane? sic accusas, ut omnia à reo percontere, nihil ipse adferas cognitum. Quamobrem pisceis quæris? Cur ægram mulierem inspexisti? quid in sudario habuisti* insitum? Accusatum, an interrogatum venisti? Si accusatum, tu te argue que dicis: si interrogatum, noli præiudicare quid fuerit. quod ideò te necesse est interrogare, quia nescis. Ceterum hoc quidem pacto omnes homines rei constituentur, si ei, qui nomen cuiuspiam detulerit, nulla necessitas sit probandi, omnis contra facultas percontandi. Quippe omnibus sicut fortè negotium Magiæ facebitur, quicquid omnino egerint, obijcietur. Votum in alicuius statuæ femore assignasti, igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo Deis allegasti; igitur magus es: aut quid optasti? Contra, nihil in templo precatus es, igitur Magus es; aut cur Deos norogasti? Similiter si posueris domum aliquod, si sacrificia-

ueris, si verbenam sumpseris. Dies me deficiet, si omnia velim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit: praesertim quod conditum cunque, quod ob signatum, quod inclusum domi adseruatur, id omne eodem argumento Magicum dicetur: aut e cella promptuaria in fori atq; in iudicium proferetur. Haec quanta sint, & cuiusmodi, Maxime, quantumque campus calumniis hoc Emiliani tramine aperiatur; quantumque sudores innocentibus hoc uno sudario adferantur, possum equidem pluribus disputare: sed faciam quod institui, etiam quod non necesse est confitebor, & interrogatus ab Emiliano respondebo. Interrogas, Emiliane, quid in sudario habuerim. At ego, quamquam omnino positum vllum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare, tamen, Maxime, fuisse concedam, cum habeam dicere, nihil in eo inuolutum fuisse: quasi dicam, neque testimonio aliquo, neque argumento reuincar. Nemo enim qui attigerit est. Vnus libertus, ut ais, qui viderit: tamen, inquam, per me licet fuerit repertissimum, sic enim, si vis, arbitrare; ut olim Vlysis socij thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum virem ventosissimum manticularentur. Vnde dicam, cuiusmodi illas res in sudario obuolutas, Laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur: sacrorum pleraque initia in Graecia participavi. Eorundem quaedam signa & monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conseruo. Nihil insolitum, nihil incognitum dico, vel unius Liberi patris symmista, qui adestis, scitis, quid domi conditum celesis, & absque omnibus prophanis tacite veneremini. At ego, ut dixi, multijuga sacra, & plurimos ritus, varias ceremonias, studio veri & officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferme triennium est, cum primis diebus quibus * Eam veneram, publice differens de Esculapij maiestate, eadem ista praeme tuli, & quod sacra nossem percensui. Ea disputatio celebratissima est, vulgo legitur, in omnium manibus versatur, non tam facundia

mea, quàm mentione *Æsculapij* religiosis * *Æansibus* commendata. Dicite aliqui, si quis fortè meminit, huius loci principium. Audis ne, *Maxime*, multos suggerenteis? immò ecce etiam liber offertur. recitari ipsa hæc iubebo: quoniam ostendis humanissimo vultu, auditione te ista non gravari. Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysterijs Deum conscium, quadam sacrorum crepundia domi adseruare? atque ea lineo texto inuoluerere, quod purissimum est rebus diuinis velamentum? Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori de tracta, iam inde *Orphei* & *Pythagoræ* scitis, prophanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutum & amictui sanctissimis *Ægyptiorum* sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur. Atque ego scio nonnullos, & cum primis *Æmilianum* istum, facetiæ sibi habere, res diuinas deridere. Nam, ut audio, * percensentibus ijs qui istum nouere, nulli Deo ad hoc eui supplicauit, nullum templum frequentauit: si sanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratiam manum labris admonere. Iste verò nec *Dij* rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segeteis vllas, aut vitis aut gregis primitias impartit, nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus. Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant vidisse se, qui suere, vnum saltem in finibus eius aut lapidem unctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita: *Charon*, ut iam dixi, ob oris & animi diritatem: sed alterum quod libentius audit, ob Deorum contemptum, *Mezentius*. Quapropter facile intelligo, hæc ei tot initiorum enumerationes nugæ videri: & forsàn, ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum, verum esse quod dixi, me sanctissime tot sacrorum signa & memoracula custodire. Sed ego quid de me *Mezentius* sentiat, manum non vortim. Ceteris autem clarissima voce profiteor, si qui fortè

adest eorundem solemnium mihi particeps, signum dato, &
 audiat licet quæ ego adseruem. Nam equidem nullo un-
 quam periculo compellar, quæ reticenda accepi; hæc ad pro-
 phanos annuntiare. Vt puto, Maxime, satis videor cuius
 vel iniquissimo animo explesse, & quod ad sudarium per-
 tineat, omnem criminis maculam deterfisse: ac bono iam pe-
 riculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi gra-
 uissimum legerunt, à suspicionibus. Amiliani transcensu-
 rus. Testimonium ex libello legi audisti Gumie cuiusdam,
 & desperati lurconis, Iunij Crassi, me in eius domo noctur-
 na sacra cum Appio Quintiano amico meo factitasse, qui
 ibi mercede* diuersabatur. Idque se ait Crassus, quanquã
 meo tempore vel Alexandria fuerit, tamen* à cæde & fu-
 mo & animum plumis comperisse scilicet eum, cum Alexan-
 driæ symposia obiret. Est enim Crassus iste, qui non inui-
 tus de die in ganeas correpat. In illo cauponis nidore pin-
 nas de penatibus suis aduectas, aucupatum fumum domus
 suæ agnouisse, patrio culmine longè exortum. Quem si ocu-
 lis vidit, ultra Vlyssi vota & desideria hic quidem est ocu-
 latus, Vlysses fumum terra sua mergentem compluribus
 annis è litore prospectans, frustra captauit: Crassus in pau-
 cis quibus absuit mensibus, eundem fumum sine labore, in
 taberna vinaria sedens, conspexit. Sin verò naribus nido-
 rem domesticum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi
 canes & vulturios. Cui enim cani, cui vulturio, Alexan-
 drini cæli quicquam abusq; * Aëensium fimbis oboleat?
 Est quidem Crassus iste summus belluo, & omnis fumi non
 imperitus: sed profectò pro studio bibendi, quo solo cense-
 tur, facilius ad eum Alexandria vini aura quàm fumi
 perueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum.
 Nam dicitur ante horam diei secundam, ieiunus adhuc
 & abstemius, testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit,
 hæc se ad hunc modum comperisse: postquàm Alexandria
 reuenerit, domum suam recta contendisse, ex qua iam
 Quin-

Quintianus migrarat: ibi in vestibulo multas auium pin-
 nas offendisse: prater à parietes fuligine deformatos, que-
 sisse causas ex seruo suo quem * *Æ* reliquerit, eumque
 sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quã
 verò sublimiter compositum, & verisimiliter commentum:
 me, si quid eius facere vellem, non domi meæ potius factu-
 rum? Quintianum istum, qui mihi assistit, quem ego pro
 amicitia, quæ mihi cum eo arctissima est, proque eius egre-
 gia eruditione, & perfectissima eloquentia, honoris & lau-
 dis gratia nomino: hunc igitur Quintianum, si quas auis
 in cœna habuisset aut (quod aiunt) *M*agie causa intere-
 misset, puerum nullum habuisse, qui pinnas conuerteret, &
 foras abyceret? Prater à fumi tantam vim fuisse, ut parie-
 tes atros redderet: eamque deformitatem, quoad habita-
 uit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis, *Æ*-
 miliane. Non est verisimile: nisi forte *C*rassus non in cubi-
 culum reuersus perrexit, sed suo more rectà ad focum. *V*n
 de autem seruus *C*rassi suspicatus est, noctu potissimum pa-
 rietes fumigatos? an ex fumi colore? videlicet fumus no-
 cturnus nigrior est, eoque diurno fumo differt? Cur autem
 suspicax seruus, ac tam diligens, passus est Quintianum
 migrare prius, quàm mundam domum redderet? Cur ille
 plumæ, quasi plumbeæ, tam diu, usque ad aduentum *C*ras-
 si manserunt? Nonne simul & *C*rassus seruus suus? sed i-
 pse hæc potius de fuligine & pinnis mentitus est, dum non
 potest nec in testimonio dando discedere longius à culina.
 Cur autem testimonium ex libello legistis? *C*rassus ipse ubi
 gentium est? An *A*lexandriam tædio domus remeauit?
 An parietes suos detergit? An, quod verius est, ex crapula
 belluo attentatur? Nam equidem hæc fabra tecum hester-
 na die animaduerti satis notabiliter in medio foro tibi,
*Æ*miliane, obructantem. Quere à nomenclatoribus tuis,
*M*axime, quanquam est ille cauponibus quàm nomen-
 clatoribus notior: tamen, inquam, interroga, an hic Iunium

Crassum* Aenssem viderint? non negabunt. Exhibeat nobis *Emilianus* iuuenem honestissimum, cuius testimonio nititur. Quid sit diei vides. Dico *Crassum* iam dudum ebrium stertere, aut secundo lauacro, ad repotia cœna obeunda, vinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cū maxime praesens per libellum loquitur, non quin ad eum sit alienatus omni pudore, ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi temperare, ut hanc horam sobriè expectaret, aut potius *Emilianus* de consilio fecit, ne cū sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu belluam illam vulsis maxillis, fœdo aspectu de specie improbares, cū animaduertisses caput iuuenis barba & capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum, salinosa labia, vocem assonam, manuum tremorem, ructus. Nam patrimonium omne iam pridem abligurivit, nec quicquam ei de bonis paternis superest, nisi vna domus ad calumniam venditandam: quam tamen nunquam carius quam in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud mendacium tribus milibus nummis *Emiliano* huic vendidit, idque* *Æa* nemini ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognouimus: & potui denuntiatione impedire, nisi scirem mendacium tam stultum potius *Emiliano*, qui frustra redimebat, quam mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui & *Emilianum* damno affici, & *Crassum* testimonij sui dedecore prostitui. Ceterum nudius tertius haudquaquam occulta res acta est in *Rufini* cuiusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus & deprecatoribus ipso *Rufino* & *Calphurniano*. Quod eo libentius *Rufinus* perfecit, quod erat certus, ad uxorem suam, cuius supra sciens dissimulat, non minimam partem premij eius *Crassum* relaturum. Vidi te quoque, Maxime, coitionem aduersum me, & coniurationem eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem vultu aspernantem. Denique quanquam sum* soluta

anda.

audacia & importuna impudentia præditi; tamen testimonio Crassi, cuius oboluisse fecem videbant, nec ipsi ausi sunt perlegere, nec quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præsertim iudice, timerem: sed ut ne impunitum Crasso foret, quòd Emiliano homini rustico fumum vendidit. Vnde etiam crimen ab illis, cum Pudentilla literas legerent, de cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est, quod me aiunt ad Magica maleficia occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse: & cum sit * celeri forma turpe & horribile, tamen impendio * colore, & Græco vocabulo nuncupare *Βαμνία*. Nisi fallor, ordine eorum vestigia persequor, & singillatim apprehendens, omnem calumniae textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, qui potest? cuius vos ad eò artificem non ignorastis, ut ei, uti præsto esset, denuntiaueritis? En adest Cornelius Saturninus artifex, vir inter suos & arte laudatus, & moribus comprobatus: qui tibi, Maxime, paulò antè diligenter sciscitanti, omnem ordinem geste rei summa cum fide & veritate percensuit: me, cum apud eum * multas geometricas formas * Gnossò vidissem subtiliter & fabre factas, inuitatum eius artificio, quadam mechanica, ut mihi elaborasset, petisse: simul & aliquod simulachrum cuiuscunque vellet Dei, cui ex more meo supplicassẽ, quacunque materia, dummodò ligneâ, exculperet. Igitur primò buxeam tentasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui mihi factum volebat, impetratos hebeni loculos à muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potiùs materie rariore & durabiliore, uti faceret, adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse, perinde ut loculi suppetebant. Item minutatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse. Hæc, ut dico, omnia audisti. Præterea à filio Capitolina probif-

simo adolescente, qui praesens est, * suscitante te, eadē dicta
 sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino arti-
 fici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum à Satur-
 nino perfectum sigillum recepisse, & postea dono mihi de-
 disse. His omnibus palam atque aperte probatis, quid om-
 nino superest, in quo suspicio aliqua Magia, delitescat? I-
 mō quid omnino est, quod vos manifesti mendaciy non re-
 nuincat? Occultē fabricatū esse sigillum dixistis, quod Pōtia-
 nus splendidissimus eques fieri curavit: quod Saturninus,
 vir gravis, & probē inter suos cognitus, in tabernula sua
 sedens: propala exculpserit: quod ornatissima matrona mune-
 re suo adiunxit: quod & futurū, & factū, multi cum seruo-
 rum, tum amicorum, qui ad me ventitabant, scierunt. Lignū
 à me toto oppido, & quidē oppidō questū, non piguit vos
 commentiri: quem quidem absuisse eo tempore scitis. quem
 iussisse fieri qualicunque materia probatum est. Tertium
 mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino eiusce-
 ratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribi-
 lem & larvalem. Quod si compertū habebatis antē evidēs
 signum Magiae, cur mihi ut exhiberem non denuntiastis?
 An ut possētis in rem absentem liberē mentiri? Cuius ta-
 men falsi facultas, opportunitate quadam mea consuetudi-
 nis vobis adempta est. Nam morem mihi habeo, quoquō
 eam simulachrum alicuius Dei inter libellos conditum ge-
 stare: eique diebus festis, thure & mero, & aliquando vi-
 ctimis supplicare. Dudum ergo cum audirem Scelestū, per-
 quā impudenti mendacio dicitari, iussi curriculo iret ali-
 quis, & ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi
 Saturninus iste * Aë fabricatus est. Cedo tu, eum videat,
 & neant, considerent. En vobis, quem scelestus ille scelestum
 nominabat. Auditisne reclamationē omnium qui adsunt?
 Auditisne mendaciy vestri damnationem? Non vos tot ca-
 lumniarū tandem dispudet? Hiccine est scelestus? haccine
 est larva? hōccine est quod appellitabatis Dæmoniū? Ma-
 gicūne

gicimne istud, an solemne & commune simulachrum est?
Accipe quæso, Maxime, & contemplare bene: tam puris
& tã p̃ys manib. tuis traditur res consecrata. En, vide quã
facies eius decora & succi plena sit, quã hilaris Dei vul-
tus, ut deceter utring; lanugo malis deserpat, ut in capite
crispatus capillus sub imo pilei umbraculo appareat; quã
lepidè super tēpora pares pinnule emineant, quã autē festi-
ue circa humeros vestis susstricta sit. Hunc qui scelestū au-
det dicere, profecto ille simulachra Deorum nulla videt,
aut omnia negligit. Hūc denique qui Larvã putat, ipse est
larvatus. At ubi, Emiliane, pro isto mendacio, aut Deus
iste superũm & inferũm cōmeator, utrorũmq; Deorũ malã
gratiã, semp̃erq; obuias species mortuorũ, quicquid Vm-
brarũ est usquã, quicquid Lemurũ, quicquid Maniũ, quic-
quid Larvarũ, oculis tuis oggerat: omnia noctium occursa-
cula, omnia bustorũ formidamina, omnia sepulchrorũ terri-
culamenta, à quib. tamen euo & merito haud longè abes.
Ceterũm Platonica familia nihil novimus nisi festum & la-
tum, & solenne & superum & cœleste. Quin altitudinis
studio secta ista etiam cœlo ipso sublimiora quæpiam vesti-
gavit, & in extimo mundi tergo degit. Scit me vera dicere
Maxim. qui τὸν ὑπερταύτην τόπον ὅτι τὸ πρῶτον ἔειπεν ἔπειτα legit in
Phædro diligenter. Idem Maximus optimè intelligit, ut de
nomine etiam vobis respondeam, quisnam sit ille non à me
primo, sed à Platone nuncupatus βασιλεὺς, totius rerum na-
turæ causa, & ratio & origo initialis, summus animi geni-
tor, æternus animantium sospitator, assiduus mundi sui opi-
fex. Sedenim sine opera opifex, sine cura sospitator, sine
propagatione genitor: neque loco, neque tempore, nec vlla
vice comprehensus, eoque paucis cogitabilis, nemini effa-
bilis. En, ultrò augeo Magiæ suspicionem, non respondeo
tibi, Emiliane, quem colam βασιλεὺς. Quin si ipse procon-
sul interroget, quid sit Deus meus, tacebo de nomine, ut im-
presentiarium satis dixi. Quod superest, nec ipse sum ne-

sciens, quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento vel auro, sed potissimum ex ligno simulachrum fieri voluerim. idque eos arbitror tam ignoscendi quam cognoscendi causa desiderare: ut hoc etiam scrupulo liberentur, cum viderint omnem suspicionem criminis abunde confutatam. Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo quantum potes erecto & attento, quasi verba ipsa Platonis iam senis, de nouissimo Legum libro auditurus: θεῶν δὲ ἀειματὰ χρεὼν ἑμμελεῖν τὸν μέτερον αἰθερα ἀναπείθειν τὰ δαρείου. γὰρ ἢ οὐκ ἴσθι τε οἰκιστῶς ἕκαστῶν πάντων θεῶν μηδὲς οὐδὲ δούλους ἕκαστῶν θεῶν. Hoc eò prohibet, ut delubra nemo audeat priuatum constituere. Censet etenim satis esse ciuibus, ad irmandas victimas, templa publica. Deinde subnectit: χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργυροῦ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε, καὶ ἐν ἑσθίᾳ ἔστιν ἑμποροῦν κτήμα. ἔλεος δὲ ὑπολειπόμενος ψυχῇ σώματος, καὶ θυχερῆς ἀναδημασίδος δὲ καὶ χαλκοῦ, πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μοι ὄξυλον ὃ, πᾶσι ἰδίᾳ τε καὶ ἀναπείθειν, καὶ λίθου * ὡσαύτως. *Vt omnium assensus declarauit, maximèque qui in consilio estis, competentissimè videor vsus Platone, ut vite magistro, ita causa patrono, cuius legibus obedientem me videtis.*

APOLOGIÆ, SIVE DEFENSIONIS
MAGIÆ, AD CLAVDIUM
Max. proconsulem V.C.
Oratio secunda.



*N*unc tempus est ad epistolas Pudentilla prauerti, vel adeò totius rei ordinem paulò altius petere, ut omnibus manifestissimè pateat, me, quem lucri cupiditate inuasisse Pudentilla domum dicunt, si vllum lucrum cogitarem, fugere semper à domo ista debuisse: quin & in ceteris causis minimè prosperum matrimonium: & nisi ipsa mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret, inimicum. Neque enim vlla
alia

alia causa prater cassam inuidiam, reperiri potest, qua
 iudicium istud mihi, & multa antea pericula vite con-
 flauerit. Caterum cur *Emilianus* commoueretur, etsi
 verè me *Magum* comperisset, qui non modo ullo fa-
 cto, sed ne tantulo quidem dicto meo laesus est, ut vide-
 retur se meritò ultum ire. Neque autem gloriae causa me
 accusat, ut *M. Antonius Cn. Carbonem*, *C. Mutius A. Albutium*. *P. Sulpitius Cn. Norbanum*, *C. Furius M. Aquilius*, *C. Curio Q. Metellum*.
 Quippe homines, eruditissimi iuuenes, lauis gratia pri-
 mum hoc rudimentum forensis opera subibant, ut aliqua
 insigni iudicio ciuibus suis noscerentur. Qui mos incipien-
 tibus adolescentulis, ad illustrandum ingeny florem a-
 pud antiquos concessus, diu exoleuit: quod si nunc quo-
 que frequens esset, tamen ab hoc procul absuisset. Nam
 neque facundiae ostentatio rudi & indocto, neque gloriae
 cupidorustico & barbaro, neque inceptio patrocimorum
 capulari seni congruisset: nisi fortè *Emilianus* pro sua
 seueritate exemplum dedit, & ipsis maleficijs infensus,
 accusationem istam pro morum integritate suscepit. Ad
 hoc *Emiliano*, non huic *Afro*, sed illi *Africano*, &
Numantino, & praterèa *Censorio* vix credidissem; ne
 huic frutici credam non modo odium peccatorum, sed sal-
 tem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuius clarè di-
 lucet, aliam rem Inuidiâ nullam esse: quae hunc, & *He-
 rennium Rufinum*, impulsorem huius, de quo mox di-
 cam, ceterosque inimicos meos, ad nectendas *Magiae*
 calumnias prouocarit. Quinque igitur res sunt, quas me
 oportet disputare. Nam si probè memini, quod ad *Pu-
 dentillam* attinet, hac obiecere. Vna res est, quòd nunquam
 eam voluisse nubere post priorem maritum, sed meis car-
 minibus coactam dixere. Altera res est de epistolis eius,
 quam confessionem *Magiae* putant. Deinde sexagesimo
 anno aetatis ad libidinem nupsisse. Et quòd in villa, ac non

in oppido, tabula nuptiales sunt consignatae, tertio & quarto loco obiecere. Nouissima, & eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit. Ibi omne virus totis viribus adnixi effudere. Ibi maximè angebantur. Atque ita dixere, me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostra, mulieri amanti, remotis arbitris in villa extorisse. Quae omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoque facile & sine vlla controuersia refutabo, ut medius fidius verear, Maxime, qui que in consilio estis, ne demissum & subornatum à me accusatorem putetis, ut inuidiam meam reperia occasione palam restinguerem. Mihi credite, quod reapse intelligetur. oppidò quam mihi laborandum est, ne tam friuolam accusationem me potius callide excogitasse, quam illos stultè suscepisse existimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter persequor, & efficio ut ipse *Emilianus* recognoscat falso se ad inuidiam meam inductum, & longè à vero aberrasse necesse habeat confiteri, quaeso, uti adhuc feceritis, vel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem & fundamentum* mendaciy huiusce diligentissimè cognoscatis. *Emilia Pudentilla*, quae nunc mihi uxor est, ex quodam *Sicinio Amico*, quicum ante à nupta fuerat, *Pontianum* & *Pudentem* filios genuit: eosque pupillos in potestate aui paterni relictos (nam superstite patre *Amicus* decesserat) per annos fermè quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso aetatis suae flore tam diu vidua: sed puerorum auus, inuitam eam conciliare studebat alteri filio suo *Sicinio Claro*: eoque ceteros procos absterrebat. Et praeterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filijs eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinatè propositam videret mulier sapiens, & egregiè pia, ne quid filijs suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales, cum quo* videbatur, cum *Sicinio Claro*: verum enimvero vanis frustrationibus nuptias eludit, eo ad, dum

puero-

puerorum auus fato concessit, relictis filiis eius heredibus: ita ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupulo liberata, cum à principibus viris in matrimonium peteretur, decreuit, sibi diutius in viduitate non permanendum. Quippe ut solitudinis tedium perpeti posset, tamen aegritudinem corporis ferre non poterat. Mulier sanctè pudica, tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula, assuetudine coniugis torpens, & diutino situ viscerum saucia, vitiatis intimis uteri, saepe ad extremum vitæ discrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant, penuria matrimonij morbum quæsitum, malum in dies augeri, aegritudinem ingrauescere: dum etatis aliquid supersit, nuptijs valitudinem* medicandam. Consiliū istud cū alij approbarent, tū maximè Emilianus iste, qui paulò prius confidentissimo mendacio adseuerabat, nunquam de nuptijs Pudentillam cogitasse, priusquam foret Magicis maleficijs à me coacta: me solū repertū, qui viduitatem eius velut quandam virginitatem carminibus & venenis violarem. Sape audiui non de nihilo dici, Mendacem memorem esse oportere. At tibi, Emiliane, non venit in mentem, priusquam ego* Eam venirem, te literas etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui tum adultus Roma* agebat. Cedò tu epistolam, vel potius da ipsi: legat. sua sibi voce,* sui que verbis sese reuincat. Est ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu quidem non potes. Est ne tua ista subscriptio? Recita quæso clarius, ut omnes intelligant, quantum lingua eius manus discrepet, quantumque minor illi sit mecum quàm secum, dissensio,* Epistola.* Scripsisti ne hæc, Emiliane, quæ lecta sunt? Nubere illam velle, & debere scio: sed quem eligat, nescio. Rectè tu quidem, nesciebas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probè norat, de ipsa re tantum, ceterū de petitore nihil fatebatur. At tu, dū eā putas etiā nūc Claro fratri tuo denupturā, falsa spe indu-

Etus, filio quoque eius Pontiano autor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset, homini rusticano & decrepito seni, sponte eam diceres, sine ulla Magia, iam olim nupturisse. Quoniam iuuenem talem, qualem dicitis, elegit, coactam fecisse ais: ceterum semper nuptias aspernatam. Nescisti, improbe, epistolam tuam de ista re teneri: nescisti te tuomet te stimonio conuictum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla, testem & indicem tuæ voluntatis (ut quæ te leuem & mutabilem, nec minus mendacem & impudentem sciret) maluit retinere, quam mittere. Ceterum ipsa de eare Pontiano filio suo Romam scripsit: etiã causas consilij sui plenè allegauit. Dixit illa omnia de valitudine: nihil prætereà esse, cur amplius deberet obdurare: hereditatem auitã longa viduitate, cùm despectu salutis suæ quassisse: eandem summa industria auxisse. Iam Deum voluntate, ipsum uxori, fratrem eius virili toga idoneos esse. Tandem aliquando se quoque, pateretur solitudini suæ, & egritudini subuenire. Ceterum de pietate sua & supremo iudicio nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talẽ nuptam futuram. Recitari iubebo exemplum epistolæ huius, ad filium missæ. *Epistola*. Satis puto ex istis cuius liquere posse, Pudentillam non meis carminibus ab obstinata viduitate compulsam, sed olim sua sponte à nubendo non alienam, me fortasse præ ceteris maluisse. Quæ electio tam grauis foemina, cur mihi crimini potius quam honori danda sit, non reperio. Non nihil tamen miror, quòd Emilianus & Rufinus id iudicium mulieris agreferrant: cùm ij, qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patientur me sibi pralatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius quam animo obsecuta est. Ita factum, nec Emilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis literis matris, confestim Romam aduolauit: metuens ne si quæ auarum virum nacta esset, omnia (ut sepe fit) in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non mediocriter animum angebat. Omnes illi, fratrique, diuitiarum spes in facultatibus ma-

iris site erant. Auns modicū reliquerat, mater sestertium quadrages possidebat. Ex quo sanè aliquantam pecuniā, nullis tabulis, sed ut equū erat, mera fide acceptam filijs debebat. Hunc ille timorem misitabat: aduersari propaliam non audebat, ne videretur diffidere. Cum in hoc statu res esset, inter precationem matris, & metū filij, fortēne an fato ego aduenio, pergens Alexandriam. Dixissem hercule, Quod utinam nunquā euenisset, ni me uxoris meæ* aspectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus, apud Appios veteres amicos meos (quos honoris & amoris gratia nomino) aliquammultis diebus decūbo. Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis, per quosdam communeis amicos conciliatus, & arcto postea à contubernio intimè iunctus: facit omnia circa honorem meum obseruante, circa salutem sollicitè, circa amorem callidè. Quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primò quidem voluntatem meam verbis inuersis periclitabundus, quoniam me via cupidum & conuersum ab uxoria re videbat, orat saltem paulisper manerē, velle se mecum proficisci: hyemem alteram propter Syrtis aestus & bestias opperiendam, quòd illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus me ab amicis meis Appys auferit, ut ad sese in domū matris suæ* transferar, salubriorē mihi habitationem futurā. Prætereà prospectu matris, qui mihi gratissimus est, liberiùs me ex ea fruiturum. Hæc omnia, admixtus impenso studio, persuadet: & matrem suam, suūmq; fratrem puerū istū mihi commendat. nonnihil à me in cōmunibus studijs adiunūtur. Augetur oppidò familiaritas. interibi reualesco. Dissero aliquid, postulantibus* amicis. Publicè omnes qui aderāt, ingenti celebritate basilicā, qui locus auditorij erat, cōplentes, inter alia pleraq; cōgruentissima voce insigniter acclamant, petentes ut rema-

nerem, fieremque civis* Aensium. Mox auditorio missos, Pontianus eo principio me adortus, consensum publica vocis pro divino auspicio interpretatur: aperitque, consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam, cui plurimi inhient mecum coniungere: quoniam mihi soli, ait, rerum omnium confidere sese, & credere, ut id onus recipiam: quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. Si hac reputans, formae aut diuitiarum gratia me ad aliam conditionem reseruarem, neque pro amico, neque pro philosopho facturum. Nimis multa oratio est, si velim memorare, quae ego contra responderim, quam diu & quoties inter nos verbigeratum sit, quot & qualibus precibus me adgressus, haud prius omiserit, quam denique impetravit: non, quin ego Pudentillam iam anno perpetim assiduo conuictu probe spectassem, & virtutum eius dotes explorassem: sed ut potè peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonij aliquantisper recusaueram. mox tamen talem foeminam nihilo segnius volui, quam si ultro appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suae, ut me alijs omnibus mallet: & quamprimum hac perficere incredibili studio auebat. Vix ab eo tantulam moram impetramus, dum prius ipse uxorem duceret: frater eius virilis togae usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur. Vtinam hercule possem, quae deinde dicenda sunt, sine maximo cause dispendio transgredi! ne Pontiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignoui, videar nunc leuitatem exprobrare. Confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam uxorem duxerit, à conspecta fide descivisse: ac derepente animi mutatum, quod ante à nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum esse: denique matrimonium nostrum ne coalesceret, quiduis pati, quiduis facere paratum fuisse. Quamuis omnis illa tui animi foeda mutatio, & suscepta contra matrem simultas, non ipsi vitio vortenda sit, sed socera eius eccilli Herennio Rufino: qui unum neminem in terris vilior em

liorem se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Per paucis hominem quam modestissimè potero, necessariò demonstrabo, nisi omnino de eo reticuerò, operam perdidit, quòd negotium istud mihi ex summis viribus conflauit. Hic enim est pueruli huius instigator, hic accusationis auctor, hic aduocatorum conductor, hic testium coemptor, hic totius calumnie fornacula, hic *Emiliani* huius fax & flagellum. Idque apud omnes intemperantissimè gloriatur, me suo machinatu reum postulatum. Et sanè habet in istis quod sibi plaudat. est enim omnium litium deceptor, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarius: nec non idem libidinum ganearumq; locus, lustrum, lupanar: iam inde ab ineunte aeo cunctis probris palam notus: olim in pueritia, priusquam isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus: mox in iuuentute saltandis fabulis, excessus planè & eneruis, sed (ut audio) indocta & rudi molitia. Negatur enim quicquam histrionis habuisse, præter impudicitiam. In hac etiam ætate, qua nunc est, qui istum *deperdunt multi sunt. Honor auribus præfandus est: domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filij similes prorsus, diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulsata. fenestræ canticis circumstrepita, triclinium* commessatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium: neq; enim ulli ad introeundum metus est, nisi qui precium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. Olim solers suo, nunc cõingis corpore vulgò meret. Cũ ipso pleriq; nec metior, cũ ipso, inquam, de uxoris noctibus paciscuntur. Iam illa inter virum & uxorem nota collusio: qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu ascendunt. Qui inaniore venere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, & quasi ad discendum venerint, non prius abeunt quam aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortu-

na deuolutus, quam* cum fraude patris ex inopinato inuenerat? Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniam quam pudorem. Nam cum undique versum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab omnibus obuijs teneretur, lex (inquit) negat posse dissolucere. annulos aureos & omnia insonia dignitatis abiicit: cum creditoribus* de paciscitur. Pleraque tamen rei familiaris in nomē uxoris callidissima fraude confert: ipse egens nudus, & ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, sestertium triginta deuorandū. Tantum enim ad eū de bonis matris liberum venit, præter quod ei uxor sua quotidianis dotibus quesuit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit, & omnimodis* collurchinatiombus dilapidauit, ut crederes mentire, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iustus, & morum* dedit operam, quod male partum erat, ut male periret. Nec quicquam ei relictum est ex largiore fortuna. præter ambitionem miseram, & profundam gulam. Caterum uxoriæ propemodum uetula & effœta, totam domum contumelijs abruit. Filia autem per adolescentulos ditiores, inuitamento matris suæ nequicquam circumlata, quibusdā etiā procis ad experiendū permissa, nisi in facilitatem Pōtiani incidisset, fortasse an adhuc uidua, an tē quā nupta, domi sedisset. Pontianus ei, multum quidē dehortantibus nobis, nuptiarū titulum falsum & imaginarium donauit, non nescius eam paulo antè quā duceret, à quodam honestissimo iuuenē, cui prius pacta fuerat, post scietatem derelictam. Venit igitur ad eum noua nupta, secura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto, uirgo rursum post recens repudium, nomen potius asserens puella quā integritatem. Vectabatur o-
 ctaphoro. Vidistis profectō, qui affuistis, quā improba iuuenem circumspectatrix, quā immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnouit, cum in puella uide-

ret in medicatum os, & purpurissatas genas, & illices oculos. Dos erat à creditore omnis ad*ternuncium pridie sumpta, & quidem grandior quàm domus exhausta, & plena liberis postulabat. Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari auaritia & egestate, totum Pudentilla quadrages presumptione cassa deuorarat: eòq; me amolendiò ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentilla solitudinem circumueniret, in sit generum suum obiurgare, quòd matrem suam mihi desponderat: suadet, quamprimum ex tanto periculo: dum licet, pedem referat: res matris ipse potius habeat, quàm homini extraneo sciens transmittat. nò ita faciat, inquit scrupulum amanti adolescentulo. veterator minatur se filiam abducturum. Quid multis? iuuenem simplicem prætereà noua nupta ille cebris obfrenatum, suo arbitratu de via deflectit. Ille ad matrem verborum Rufini gerulus: sed ne quicquàm tentata eius grauitate, ultrò ipse leuitatis & inconstantie increpitus, reportat ad socerum haud mollia. Matri suæ, præter ingenium placidissimum, & immobile, iram quoq; sua ex postulatione accessisse, non mediocre pertinacis adiuuentum. Respondisse eam denique non clam se esse, Rufini ex oratione secum ex postulati: eò vel magis sibi auxilium mariti aduersum eius desperatam auaritiam comparandum. Hisce auditis exacerbatu aquariolus iste uxoris suæ, ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in sceminam sanctissimam & pudicissimam, presente filio eius, digna cubiculo suo diceret: amatricem eam, me Magum & veneficum clamitaret multis audientibus: quos, si voles, nominabo. se mihi sua manu mortem allaturum. Vix hercule possum iram moderari. Ingens indignatio animo oboritur, Tunc, effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomela? an Medea? an Clytemnestra? quas tamen consultas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar, Pudentilla, post-

quàm filium videt præter opinionem, contra suam esse sententiarum deprauiatum, rursus profecta, scripsit ad eum oburgandi gratia illas famosissimas literas, quibus (ut isti aiebant) confessa est, sese mea Magia in amorem inductam dementire. Quas tamen literas tabulario Pontiani præsentem, & contra scribente Emiliano, nudius tertius tuo iussu, Maxime, testatò descripsimus, in quibus omnia contra prædicationem istorum pro me reperiuntur. Quanquã etsi districtius Magum me dixisset, posset videri excusabunda, se filio vim meam, quàm voluntatem suam, causari maluisse. An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta est? An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est, ut cum aliquid eiusmodi velle cœperunt, malint coacte videri? Quòd si animo etiam ita putauit me magum esse, iccirco ne Magus habeat, quia hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa uno verbo probaret? Et quantò tandem grauius habedū est, quod in iudicio subscribitur, quàm quod in epistola scribitur? Quin tu me meismet factis, nõ alienis verbis reuincis. Ceterum eadem via multi rei cuiusuis malefici postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisq; in epistola sua vel amore vel odio cuiuspiam scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur Magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem? Quid enim si pictorẽ, si medicum? quid denique si innocentem, num aliquid horum putares, iccirco quòd illa dixisset? Nihil scilicet. At qui per iniuriam est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberet: posse literas eius ad perniciem, nõ posse ad salutem. Sed inquieti animi fuit: efflictim te amabat. Concedo interim. Num tamen omnes qui amantur, Magi sunt, si hoc fortè qui amat scripserit? Cedò nunc quòd Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foris scripsit, quod palam erat mihi obfuturum. Postremo quid vis, sanam an insanam fuisse, dum scriberet?

Sana, dicis: nihil ergo erat *Magicis artibus* passa. Insanam respondebis. nescit ergo quid scripserit, eoque ei fides non habenda est. imò etiam si fuisset insana, insanã se esse nescisset. Nam ut absurdè facit, qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese, non tacet, & ipsa professione quod profitetur infirmat: ita vel magis hoc repugnat. Ego insano, quod verum non est, nisi sciens dicit. Porro sanus est, qui scit quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis quàm cecitas se videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum, si velim, pluribus: sed mitto *Dialectica*. Ipsas literas longè aliud clamanteis, & quasi dedita opera ad iudicium istud preparatas & accommodatas recitabo. Accipe tu, & lege, usque dũ ego interloquar. *Epistola.* *Subsine pauli* per quæ sequuntur: nam ad diuerticulum rei ventum est. Adhuc enim, *Maxime*, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier *Magiam* nominavit: sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulò prius * longa viduitate, de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasi ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hac usque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua, ad expellendum à me crimen *Magiæ*, sedulo ommissa, memorabili laude *Rufini* vice mutavit: & ultrò contrariam mihi opinionem quorundam * *Æensius* quasi *Magico* quæsiuit. Multa fando, *Maxime*, audisti, & plura legendo didicisti, nõ pauca experiẽdo cõperisti: sed enim versutiã tam insidiosam, tã admirabili scelere conflata, negabis te unquam cognouisse. Quis *Palamedes*, quis * *Syphax*, quis deniq; *Eurybates* aut * *Phirinodas* talẽ excogitasset? Omnes isti, quos nominavi, & si qui prætere à fuerũt dolo memorãdi, si cum hac una *Rufini* fallacia cõtẽdãtur, * *macchi* prorsus & *bochones* videbũtur. O mirũ cõmentũ! ò subtilitas digna car-

cere & robore ! Quis credat effici potuisse, ut quæ defensio fuerat, eadem, manentibus usdem litteris, in accusationem transuerteretur? Est hercule incredibile. Sed hoc incredibile quæ sit factum probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, quod me ta'em virum, qualem sibi predicasset, nunc de Rufini sententia Magum dicitur et. Verba ipsa ad hunc modum se habebant. Ἀπολλίος μάγος, κὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτῆς μιμνήσκουμαι, κὶ ἕως ἐλθῆταί νῦν πρὸς ἐμὲ, ἐπισωσέσθω. Hæc ipsa verba Rufinus, quæ Græcè interposuit, sola excerpta, & ab ordine suo seingata, quasi confessionem mulieris circumferens, & Pontianum per forum ductans, vulgò ostendebat. Ipsas mulieris literas illatenus, quæ dixi, legendas præbebat: cetera supra & infra scripta occultabat. Turpiora esse, quàm ut ostenderentur, dicitabat. Satis esse confessionem mulieris de Magia cognosci. Quid quæris? verisimile omnibus visum. Quæ purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem invidiam apud imperitos conciuere. Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus: epistolam sepe aperiens proquirabat: Apuleius Magus, dicit ipsa quæ sentit & patitur: quid vultis amplius? Nemo erat qui pro me ferret, ac sic responderet: Totam sodes epistolam ceddò: sine omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Malta sunt, quæ sola prolata calumniæ possint videri obnoxia. Cuiusvis oratio insimulari potest, si ea, quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudètur: si quædã ex ordine scriptorum ad libidinẽ suppressantur: si quæ simulationis causa dicta sunt, adseuerantis pronuntiatione quàm exprobrantis legantur. Hæc, & id genus ea, quàm merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistolæ ostendat. At tu, Emiliane, recognosce, an & hæc mecum testato descripseris:

βουλομένῳ γάρ μοι δι' αὐτῆς εἶπον ἡπίστας γαμνηδῶμα. αὐτὸς τοῦτον ἔπειτα εἰνὴ πάντων εἰρήσθῃ. θαυμάζων τὸν ἀνδρα, κὶ σπουδαζὼν αὐτὸν οἰκίῳ κρητῶν εἰ ἐμὸν ποιῆσαι. νῦν δὲ αἰς μοχθηροῦ ἡμῶν, κακηνδῆεις τε ἀναπέδουσιν ἡ-

ορίσθη ἰχθύετο ἀπολίτος μάγος, καὶ ἰχθὺ μεμαγυυοῦ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ ἔρατ ἐλθε-
 ταυῶ αἰετῶ. ἔμε, ἴω, ἐπὶ σαφενῶ. Oro te, *Maxime*, si litera ita
 ut partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem usur-
 parent, si verba ita ut poeta aiunt, pinnis apta vulgò vo-
 larent, nonne cum primò in epistolam istam Rufinus mala-
 fide exciperet, pauca legeret, multa & meliora sciens re-
 ticeret, nonne tunc cetera litera scelestè se detineri procla-
 massent? verba suppressa de Rufini manibus foras euo-
 lassent? totum forum tumultu complessent? se quoque à Pu-
 dentilla missas, sibi etiam quæ dicerent mandata? improbo
 ac nefario homini per alienas literas falsum facere tenta-
 tine auscultarent, sibi potius audirent: *Apuleium Ma-*
gia non accusatum à *Pudentilla*, sed accusante *Rufino* ab-
 solutum? Quæ omnia etsi tum dicta non sunt, tamen nunc
 cum magis profunt, luce illustrius apparent. Patent artes
 tue *Rufine*, fraudes hiant, detectum mendacium est: veri-
 tas olim interuersa, nunc se effert, & velut alto barathro
 calumnias emergit. Ad literas *Pudentilla* provocastis: li-
 teris vinco, quarum si vultis extremam quoque clausulam
 audire, non inuidebo. Dic tu; quibus verbis epistolam
 finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans. ἰχθὺ ἄτ' ἰμο-
 μαγυυοῦ, ἄτ' τερῶ τῶν εἰσαρμῆτων ἰόν. Etiamne amplius? Re-
 clamat vobis *Pudentilla*, & sanitatem suam à vestris ca-
 lumnijs quodam præconio vindicat. Nubendi autem cau-
 rationem, seu necessitatē fato ascribit, à quo multum *Ma-*
gia remota est, vel potius omnino sublata. Quæ enim relin-
 quitur vis cantaminibus & veneficis, si fatum rei cuius-
 que, veluti violentissimus torrens, neque retineri potest, ne-
 que impelli? Igitur hac sententia sua *Pudentilla* non mo-
 dò me *Magum*, sed omnino esse *Magiam* negavit. Bene,
 quòd integras epistolas matris *Pontianus* ex more adser-
 uauit. Bene, quòd vos festinatio iudicij antenorit, ne quid
 in istis literis ex otio nouaretis. Tuum hoc, *Maxime*, magis
 prouidentia beneficiū est, quòd à principio intellectas ca-

lumnias, ne corroborarentur tempore, precipitasti, & nulla impertita mora subneruasti. Finge nunc, aliquid matrē filio secretis literis de amore, uti aſſolet, cōfeſſam. Hoc cū verū fuit, Ruſine, hoc non dico pium, ſed ſaltem humanū, promulgari eas literas, & potiſſimum filij præconio publicari? Sed ſum ego inſcius, qui poſtulo ut alienum pudorem conſerues, qui tuum perdidideris? Cur autem præterita congueror, cum non ſint minùs acerba præſentia? Huc uſque à vobis miſerū iſtum puerum deprauatum, ut matris ſue epistoſas quas putat amatorias, pro tribunali Proconſuli recitet. apud virum ſanctiſſimū Claudium Maximum, ante has Imperatoris * piſtinas, filius matris ſue pudenda exprobet ſupra, & amores obiectet? Quis tam eſt mitis, quin exacerbeſcat? Tūne ultrò parentis tuæ animū in iſbis ſcrutaris? oculos obſeruas? ſuſpiritus numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? amorem reuincis? Tūne quod in cubiculo agat, perquiris? * ne mater tua non dico amatrix, ſed ne omnino ſcœmina eſt? * ne tu in ea cogitas, niſi vnā parentis religionē? O infelix uterum tuum, Pudentilla! ô ſterilitas liberis potior! ô infauſti decem meſes! ô ingrati quatuordecim anni viduitatis! Viperā, ut audio, ex eo matris utero in lucē proſerpit, atque ita parricidio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acerbiores morſus viuenti & videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuū foditur, viſcera intima protrahuntur. Haſcine gratias bonus filius matri reſpondis, ob datam vitam? ob acquiſitam hereditatem? ob quatuordecim annorū longas alimonias? Hiſcine te patris diſciplinis erudiuit, ut ſi compertū habeas, filios tibi ſimiles futuros, non audeas ducere uxorem? Eſt ille Poëta verſus non ignotus:

Odi puerulos præcoci ſapientia.

Sedenim malitia præcoci puerū quis non auerſetur, atque oderit? cū videat velut monſtrum quoddā, prius robuſtos ſceta-

scelere quàm tempore, ante nocentem quàm potentem, viridi pueritia, cana malitia? vel potius hoc magis noxium, quòd cū venia perniciosus est: & nondum poena, iam iniurie sufficit. Iniurie dico: immò enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis, ex captiuis epistolis Philippi Macedonis hostis sui, unam epistolam, cum singula publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conscripta. Hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent: præferendum rati fas commune propria ultioni. Tales hostes aduersus hostem: tu qualis filius aduersus matrem? Vides quàm similia contendam! Tu tamen filius matris epistolas, de amore, ve ais, scriptas, in isto coetu legis: in quo si aliquem poëtã lasciuiosem inbereris legere, profectò non auderes, pudore tamen aliquo impedirè: immò enim nunquam matris tue literas attingisses, si vllas alias literas attingisses, ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare: quam nimis irreuerenter, nimis contumeliosè & turpiter de matre tua scriptam, cum adhuc in eius sinu alerè, miser as clanculò ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factū obtuto capeſeret. Miser non intelligis, iccirco patruum tuū hoc fieri passum, quò se omnibus purgaret, si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius quàm ad eū commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen iam tū vulpionem & impium fuisse. Ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum Emilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, & eiusdem accusatoris mei obfuturas. Fuit & illa commenticia epistola, neq; mea manu scripta, neq; verisimiliter conficta, qua videri volebant blanditijs à me mulierè sollicitatam. Cur ergo blandirer, si Magia confidebam? Qua autem via ad istos peruenit epistola, ad Pudèntillam scilicet per aliquem fidelem missa, ut in re tali acti tari soles? Cur præterea tā vitiosis verbis, tā barbaro ser-

mone ego conscriberem, quem ydem dicunt nequaquam
 Græca lingua imperitum? Cur autem tam absurdis, tamq;
 tabernarijs blanditijs subagitarem, quem ydem anñ ver-
 sibus amatorijs satis scite lasciuire? Sic est profecto cuius
 palam est, hic qui epistolam Pudentilla Græciorum lege-
 re non poterat, hanc ut suam facilius legit, & aptius com-
 mendauit. Sed iam de epistolis satis dictum habeo, si hoc
 unñ addidero. Pudentillam, que scripserat dissimulamen-
 ti causa & deridiculi, in dicitur hoc, in eadem, post hasce lue-
 ras euocasse ad se filios, & nurum, cum his fermè duobus
 mensibus conuersatam. Dicat hic * prius filius, quid in eo
 tempore secus agentem vel loquentem matrem suam pro-
 pter insaniam, viderit. Neget eam rationibus villicorum,
 & opilionum, & equisionum solertissimè subscripsisse. Ne-
 get fratrem suum Pontianum grauiter ab ea monitum, ut si-
 bi ab insidijs Rufini caueret. Neget verè obiurgatum, quòd
 literas, quas ad eum miserat, vulgò circūtulisset, nec tamè
 bona fide legisset. Neget post ista que dixi, matrem suam
 mihi apud villam iam pridem condicto loco nupsisse. Quip-
 pe ita placuerat, in suburbana villa potius ut coniungeremur,
 ne ciues denuò ad sportulas conuolarent: cum haud
 pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummum
 in populum expūxisset ea die, qua Pontianus uxorem du-
 xit, & hic puerulus toga est inuolutus. Prætere à ut conui-
 uij multis ac molestijs supersederemus, que fermè ex mo-
 re nouis maritis obeūda sunt. Habes, Emiliane, causam
 totam, cur tabule nuptiales inter me ac Pudentillam non
 in oppido sint, sed in villa suburbana consignate, ne quin-
 quaginta milia nummum denuò profundenda essent, nec te-
 cū aut apud te cœnandum. Est ne causa idonea? Miror
 tamen quòd tu à villa tantopere abhorreas, qui plerūque
 ruri versere. Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus,
 nūquam scilicet ad hūc modū interdicit, Vxorem in villa
 ne ducito. Immo si verum velis, vxor ad prolem multo
 auspex

auspicatius in villa quam in oppido ducitur: in solo uberi, quam in loco sterili: in agri cespite, quam in fori silice: mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adulta super fecundam glebam. vel enim sub ulmo marita cubet in ipso gremio terra matres inter soboles herbarum, & propagines vitium, & arborum gemina. Ibi & ille celeberrimus in Comædijs versus de proximo congruit,

* *

Romanorum etiam maioribus, Quintijs & Serranis, & multis alijs similibus, non modò uxores, verum etiam consulatus & dictatura in agris offerbantur. Cohibebo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, si villam laudauero. De etate verò Pudentillæ, de qua post ista satis confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo: nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam, more ceterorum professus est: tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo adseruantur, quæ tibi ob os obijciuntur. Porrige Emilianæ tabulas istas: lignum consideret, signa quæ impressa sunt recognoscat, Consules legat, annos computet. quos sexaginta mulieris assignabat, probet quinque & quinquaginta. Lustrum mentitus est. parum hoc est liberalius agam. nam & ipse Pudentillæ multos annos largitus est. redonabo igitur vicissim. Decem annos Mezentius cum Vlisse erravit, quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, viginti annos semel detraham lube. Maxime, consules computari: nisi fallor, inuenes nunc Pudentillæ haud multo amplius quadragesimum annum ætatis ire. O falsum, audax & nimium, ô mendacium viginti annorum exilio pueniendum! dimidio tanta, Emilianæ, mentiri falsa audes sesquialtera? Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse: quos circulare de-

bueris digitos, aperuisse. Cum verò quadraginta, que facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse: nisi fortè triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiusque anni Consules numerasti. Missa hæc facio. venio nunc ad ipsam stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficij. Respondeat *Emilianus*, & *Rufinus*, ob quod emolumentum, etsi maxime *Magus* forem, Pudentillam carminibus & venenis ad matrimonium pellexissem. Atque ego scio plerosque reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quæpiam causæ probarentur, hoc uno se tamen abundè defendisse, vitam suã procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere, quòd videantur quadam fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamenta. Non enim omnia, quæ fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias euenire: certum indicem cuiusque animi esse, qui semper eodem ingenio ad virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi criminis, aut respuendi. Hæc ego quanquam possum merito dicere, tamen vobis condono. Nec satis mihi duco, si me omnium quæ insimulastis abundè purgavi, si nusquã passus sum vel exiguam suspensionem *Magiæ* consistere. Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentia mea, quantoque despectu vestri agam, si una causa vel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentilla nuptias ob ali-quod meum commodum appetere. Si quamlibet modicum emolumentum probaueritis, ego ille sim *Carinondas*, vel *Damigeron*, vel *Hismoses*, vel *Ioannes*, vel *Apollonius*, vel ipse *Dardanus*, vel quicumq; alius post *Zoroastren* & *Hofstanen* inter *Magos* celebratus est. Vide, quæso, *Maxime*, quem tumultu suscitavit, quoniã ego paucos *Magorum* nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceã * *Rufinum* hæc & multò plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores

me legisset? An disputem, longè aliud esse notitiam nominum, aliud artis eiusdem habere communionem? Nec debere doctrina instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione criminis haberè? An quod multò præstabilius est, tua doctrina, *Claudi Maxime*, tuæque perfectæ eruditione fretus, contemnam stultis & impolitus ad hæc respondere? Ita potius facia: quid illi existiment * nacti non putabo. Quod institui, pergam disputare, nullam mihi causam fuisse, *Pudentilla* veneficis ad nuptias proleclandi. Formam mulieris & ætatem ipsi ultrò improbauerunt, idque mihi vitio dederunt, talem uxorem causa auaritiæ concupisse: atque adeò primò dotem in congressu gradem & uberem rapuisse. Ad hæc, *Maxime*, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil verbis opus est, cum multò desertius, ipsæ tabula loquantur: in quibus omnia contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impræsentiarum, & prouisa in posterum deprehendes. Iam primum mulieris locupletissimam modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam. Præter hæc, ea conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset, ut dos omnis apud filios eius *Pontianum* & *Pudentem* maneret. Sin verò uno unave superstite diem suum obisset, uti tum diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo. Fors * fuerit, ut ne sic quidem credat *Emilianus*, sola trecenta millia nummum scripta, eorumque repetitionem filijs *Pudentilla* pacto datam. Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo *Rufino*. Legat: pudeat illum tumidi animi sui, & ambitiosæ mendicitatis. quippe ipse egens, nudus, trecentis milibus nummum à creditore acceptis filiam dotauit. *Pudentilla* locuplex scemina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis sæpe & ingentibus dotibus spreis, inani nomine

tantula dotis contentum: ceterum præter uxorem suam
 nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque divi-
 tias in concordia coniugis & * multo amore ponentem.
 Quamquam quis omnium vel exigue rerum peritus cul-
 pare auderet, si mulier vidua & mediocri forma, at non
 atate mediocri, nubere volens, longa dote & molli condi-
 tione inuitasset iuvenem, neq; corpore, neque animo, neque
 fortuna pœnitendū. Virgo formosa etsi sit oppidò pauper,
tamen abundè dotata est. Affert quippe ad maritum novū
animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentis.
Ipsa virginittatis commendatio, iure meritoque omnibus
maritis acceptissima est. Nam quodcunq; aliud in dotem
acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne,
ut acceperas, retribuere: pecuniam * remunerare, manci-
pia restituere, domo demigrare, prædijs cedere: sola virgi-
nitas, cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud ma-
ritū ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nu-
ptijs venit, talis diuortio digrediuntur, nihil affert * impossi-
bile, sed venit iam ab alio præstolata: certe tibi, ad quæ ve-
lis, minime docilis: non minus suspectans novam domum,
quàm ipsa iam ob unū diuortium suspectanda: siue illa mor-
te amisit maritū, ut * sani omnis mulier, & infausti con-
iugij, minime appetenda: seu repudio digressa est, ut am-
nis * habeat culpam mulier, quæ aut tam intolerabilis
fuit ut repudiaretur, aut tam insolens ut repudiaret. Ob
 hæc & alia viduæ dote aucta procos sollicitant: quod Pu-
 dentilla quoq; in alio marito fecisset, si philosophū sper-
 nentem dotis non reperisset. Age verò, si avaritiæ causa
 mulierem concupissem, quid mihi utilius ad possidendam
 domū eius fuit, quàm simultatem inter matrem & filios se-
 rere? alienare ab eius animo liberorū charitatem, quo li-
 berius & arctius desolatam mulierem solus possiderem?
 Fuitne hoc prædonis, quod esse vos fingitis? Ego verò quie-
 & concordia & pietatis autor, conciliator, fauissor, non
 modo

modò noua odia non serui, sed uetera quoq; funditus ex-
 tirpauit. Suasi uxori meae, cuius, ut isti aiunt, iam uniuersas
 opeis transuoraram: suasi, inquam, ac denique per-
 suasi, ut filijs pecuniam suam reposcentibus, de quo supra
 dixeram, ut eam pecuniam sine mora redderet in pradis
 uili aestimatis, & quanto ipsi volebant. Praterè ex re fa-
 miliari sua fructuosissimos agros, & grandem domũ, opu-
 lentè ornatam, magnamq; vim tritici & hordei, & uini &
 olei, ceterorumque fructuum. Seruos quoque haud minus
 quadringentos, pecora amplius neq; pauca neque abiectò
 pretij donaret, ut eos & ex ea quã tribuisset parte secu-
 ros haberet, & ad cetera hereditatis bona spe inuitaret.
 Hæc ego ab inuita Pudentilla (patiatur enim me, uti res
 fuit, ita dicere) agrè exauditus ingentibus precibus, in-
 uita & irata extorsit matrem filijs reconcilians: priuignos
 meos primo hoc vitrici beneficio grandi pecunia auxili
 Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinum omnes execrati, me
 laudibus tulere. Venerat ad nos, priusquam istam dona-
 tionem mater perficeret, cum dissimili isto fratre suo Pon-
 tianus, ante pedes nostros aduolutus, veniam & obliuio-
 nem præteritorum omnium postulat: flens & manus no-
 stras osculabundus, ac dicens pœnitere, quòd Rufino & si-
 milibus auscultari. Petiit postè suppliciter, uti se Lollia-
 no quoq; Auito C. V. purgem, cui haud pridem tyrociniis
 profectiois suæ fuerat à me commendatus: quippe compe-
 serat, ante paucos dies omnia me, ut acta erant, ad eum
 perscripsisse. Id quoque à me impetrat. Itaque acceptis li-
 teris Carthaginem pergit: ubi iam propè ex actò Cõsulatus
 sui munere, Lollianus Auitus te, Maxime, opperiebatur.
 His epistolis meis lectis, pro sua eximia humanitate gra-
 tulatus Pontiano, quòd citò errorem suũ correxisset, rescri-
 psit mihi per eũ, quas litteras, Diu boni! qua doctrina! que
 lepore! qua uerborũ amœnitate simul & incũditate! pror-
 sus, ut uir bonus dicèdi peritus. Scio te, Maxime, libenter

eius literas auditorum. Et quidem si perlegam, mea voce pronuntiabo. Cedo tu Auiti epistolas, ut qua semper ornamiento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. At tu, licebit aqua sinas fluere. Namque optimi viri literas ter & quater ab eo quantovis temporis dispendio lectitarem. * Auiti litera. * Non sum nescius, debuisse me post istas Auiti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletiozem, quæ testem vite mea sanctiozem producam? quem denique aduocatum facundiozem? Multos in vita mea Romani nominis disertos viros sedulo cognoui, sed sum aequè neminem admiratus. Nemo est hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac spei, quin Auitus esse longè malit, si cum eo se remota inuidia velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes penè diuersa in illo viro congruunt. Quancunque orationem struxerit Auitus, ita illa erit undique sui perfectè absoluta, ut in illa neque Cato grauitatem requirat, neque Lalius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Caesar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Caluus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero. Prorsus in qua, ne omnia persequar, si Auitum audias, neque additum quicquam velis, neque detractum, neque autem aliquid commutatum. Video, Maxime, quam benigne audias, qua in amico tuo Auito recognoscis. Tua me comitas, ut vel pauca dicerem de eo, inuitauit. At non vsque adeo tua beneuolentia indulget, ut mihi permittam, iam propemodum fesso, in causa prorsus ad finem inclinata, de egregijs virtutibus eius nunc deinceps incipere: quin potius eas integris viribus & tempore libero seruem. Nunc enim mihi (quod aegre fero) à commemoratione tanti viri ad pesteis istas oratio reuoluenda est. Audes ne te ergo Emiliane, cum Auito conferre? Quem ne ille bonum virum ait, cuius animi disputationem tam plenè suis literis collaudat, eum tu Magia, maleficy, criminis insectabere? An inuasisse me domum Pudētilla, &

illa, & compilare bona eius, tu magis dolere debes, quam
 doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, vestro
 scilicet instinctu, ortas simultates, etiam absenti, apud A-
 nimum satisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias e-
 git? Puta me acta apud Animum, non literas ipsius legis-
 se. Quid posses, vel quas quis in isto negotio accusare? Pon-
 tianus ipse, quod à matre donatum acceperat, meo mu-
 neri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi conti-
 gisse, intimis affectionibus letabatur. Quod utinam in-
 columis Carthagine reuertisset! vel, quoniam sic ei fue-
 rat fato decretum, utinam tu Rufine * summum eius iu-
 dicium non impedisses, quas mihi aut coràm, aut denique
 in testamento gratias egisset? Literas tamen quas ad me
 Carthagine, vel iam adueniens ex itinere præmisit, quas
 adhuc validus, quas iam eger, plenas honoris, plenas amo-
 ris, quasos, Maxime, paulisper recitari sinas; ut sciat frater
 eius, accusator meus, quàm in omnibus Minervæ curri-
 culum cum fratre optima memoriæ * viro currat. Pontiani
 literæ. * Audisti ne vocabula, quæ mihi Pontianus frater
 tuus tribuerat? Me parentem suum, me dominum, me ma-
 gistrum: cum sæpe aliàs, tum in extremo tempore vitæ vo-
 cans, Possem tuas quoque pares epistolas promere, si vel
 exiguam moram tanti putarem: potius testamentum illud
 recens tui fratris, quanquam imperfectum, tamen proferrè
 cuperem, in quo mei officiosissimè & honestissimè memi-
 nit. Quod tamen testamentum Rufinus neque * comparari
 neque perfici passus est, pudore perditæ hereditatis: quam
 paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno
 quidem pretio noctium computarat. Præterè à nescio
 quos Chaldeos consuluerat, quo lucro filiam collocaret.
 Qui, ut audio, utinam illud non verè respondissent, pri-
 vum eius maritum in paucis mensibus moriturum. Cetera
 enim de hereditate (ut assolent) ad consulentis votum con-
 sinxerunt. Verùm, ut Dy voluere, quasi caca bestia, incaf-

sum hianit. Pontianus enim filiam Rufini male compertam, non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato impertinuit: quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi ducentorum fere denariorum iussit, ut intelligeretur iratus potius externasse eam, quam oblitus praterisse. Scripsit autem heredes tam hoc testamento quam priore, quod lectum est, matrem cum fratre, cui, ut vides admodum puero, tandem illam filia sua machinam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multo natu maiorem, nuperrime uxorem fratris, misero puero obycit, & obsternit. At ille puella meretricis blandimentis, & lenonis patris ille etamentis captus & possessus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre, ad patruum commigravit, quo facilius remotis nobis coepta perficerentur. Fauet enim Rufino Emilianus, & prouentum cupit. Ehem, recte vos admonetis: etiam suam spem bonus patruus temperat in isto, ac fouet, qui sciat intestati pueri legitimum magis quam iustum heredem futurum. Nollem hercule hoc à me profectum: non fuit mea moderationis, tacitas omnium suspiciones palam abrumpere, male vos qui suggestis. Plane quidem si puerum velis, multi mirantur Emiliane tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam, postquam frater eius Pontianus est mortuus: cum ante a tam ignotus illi fueris, ut saepe ne occursum quidem filium fratris de facie agnosceres. At tunc adeo patientem te ei praebeas, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re aduersaris, ut per haec suspicionibus fidem facias. Inuestem à nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti. Cum à nobis regeretur, ad magistrum ibat: at ab ijs nunc magna fugela in ganem fugit, amicos serios aspernatur cum adolescentulis postremis inter scorta & pocula puer hoc cui in conuiuio agit. Ipse domus tua rector, ipse familiae dominus, ipse magister in conuiuio, in ludo quoque gladiatorio frequens visitor, nomina gladiatorum & pugnas & vulnera plane quidem ut puer, honeste

nestè ab ipso lanista docetur: loquitur nunquam nisi Puni-
 cè, & si quid adhuc à matre gracissat. Latine enim neque
 vult, neq; potest. Audisti Maxime paulo autè, proh nefas,
 priuignū meum fratrem Pontiani, disertum iuuenem, vix singu-
 las syllabas fringultientem, cum ab eo querereres, donasset-
 que illis mater, quæ ego dicebam me * adiuvante donata.
 Testor igitur te, Claudii Maxime, vósq; qui in cōsilio estis,
 vósque etiam qui tribunal mecum adsistitis, hæc damna
 & dedecora morum eius patruo huic, & candidato illi so-
 cero adsignanda: meq; posthac boni consulturū, quod talis
 priuignus cura mea iugum ceruice excusserit, neq; postea
 pro eo matri eius supplicaturum. Nam quod penissimè o-
 blitus sum, nuperrimè cum testamentum Pudentilla post
 mortem Pontiani filij sui, in mala valetudine scripserit, diu
 sum aduersus illum renisus, ne hunc ob tot insigneis contu-
 melias, ob tot iniurias exheredaret. Elogium grauisimum
 iam totum medius fidius perscriptum, ut aboleret, impensis
 precibus oravi. Postremò ni impetrarem, diuersurum me
 ab ea comminatus sum, mihi hanc veniam tribueret, ma-
 lum filium beneficio vinceret, me inuidia omni liberaret.
 Nec prius destiti, quàm ita fecit. Doleo me huncce scrup-
 ulum Emiliano dempsisse, tam inopinatam semitam
 indicasse. Specta quæso Maxime, ut hisce auditis, su-
 bitò obstupuerit, ut oculos ad terras demiserit. longè e-
 nim secius ratus fuerat, nec immeritò: mulierem filij con-
 tumelias infectam, meis officijs deuinctam sciebat. De me
 quoque fuit quod timeret. * Quis enim vel aequè ut ego
 spernens hereditatis, tamen vindicari de tam inofficioso
 priuigno * recusasset? Hæc præcipuè sollicitudo eos ad
 accusationem mei stimulauit, hereditatem omnem mihi
 relictam falsò ex sua auaritia coniectauerunt. Soluo vos
 in præteritum isto metu. Namque animum meum ne-
 que hereditatis, neque ultionis occasio potuit loco dimo-
 uere. Pugnaui cum irata matre pro priuigno malo vitri-

*cus, veluti pater pro optimo filio aduersus nouercam. nec
 satis fuit, ni bona uxoris prolixam liberalitatem circa me,
 nimio plus aequo cohercerē. Cedò tu testamentū, iam inimi-
 co filio à maire factum: me, quē isti prædonē dicunt, verba
 singula cum precibus præeunte. Rumpi tabulas istas iube
 Maxime, inuenies filium heredem: mihi verò tenue nes-
 cio quid honoris gratia legatū, ne si quid ei humanitus atti-
 gisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. Cape
 ista, ut matris meæ testamentum, verè hoc quidem inofficio-
 sum. Quid nūc in quo obsequentissimum maritum exhere-
 dauit, inimicissimum filium scripsit heredē. immò enim ue-
 rò non filium, sed Amiliani spes, & Rufini nuptias: sed
 temulentum illud collegium, parasitos tuos. Accipe inquam
 filiorum optime, & positus paulis per epistolis amatoris ma-
 tris, lege potius testamentum. si quid quasi insana scripsit,
 hic reperies, & quidem mox à principio: Sicinius Pudens
 filius meus mihi heres esto. Fateor, qui hoc legerit, insa-
 num putabit. Hiccine filius heres, qui te in ipso fratris
 sui funere, aduocata perditissimorum iuuenum manu, vo-
 luit excludere è domo, quam ipsa donaueras? Qui te sibi
 à fratre coheredē relictum, grauiter et acerbè tulit? qui cō-
 festim te, cum tuo luctu & mœrore deseruit, & ad Rufinū
 & Amilianū de sinu tuo aufugit? Qui tibi plurimas po-
 stea contumelias dixit coràm, & adiuuante patre fecit?
 Qui nomen tuum pro tribunalibus ventilauit? Qui pudor-
 rem tuum tuismet literis conatus est publicè dedecorare?
 Qui maritum tuū, quem elegeras, quē (ut ipse obiiciebat)
 efflictim amabas, capitis accusauit: Aperi queso bono
 puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic pro-
 babis. Quid abnuis? quid recusas? postquam sollicitudinē
 de hereditate materna repulisti. At ego hasce tabulas
 Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis adiicio: testor que
 me deinceps incuriosus habiturū, quid Pudentilla testa-
 mento suo scribat. Ipse iam, ut libet, matrem suam de ce-
 terò*

terò exoret. *Mihi, ut ultra pro eo deprecet, locum non reliquit. Ipse iam ut sui potens ac vir, acerbissimas literas matri dicitur iram eius delinuat: qui potuit perorare. potuit exorare. Mihi iam dudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissimè dilui, verum etiam radicem huius iudicij, id est hereditatis quæ sita inuidiam funditus substuli. Illud etiam, ne quid omnium præteream, priusquam peroro, falsò obiectum reuincam. Dixistis, me magia de pecunia mulieris pulcherrimum prædium meo nomine emisse. Dico, exiguum herediolum sexaginta milibus nûmum: id quoque non me, sed Pudentillam nomine emisse: Pudentille nomen in tabulis esse: Pudentille suo nomine pro eo agello tributum dependi: Præsens est quæstor publicus, cui de pensum est: Coruinus Celer, vir ornatus, adest etiam tutor, autor mulieris, vir grauisissimus & sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quere Maxime, cuius emptionis autor fuerit, quantulo precio mulier locuples agellum suum præstinarit. Testimonium Cassij Longini tutoris, & Coruini Clementis, quod recitatum est. Est ne ita ut dixi? vsquam in hac emptione nomen meum ascriptum est? Num ipsum heredioli præcium inuidiosum est? Num vel hoc saltem in me collatum: Quid etiam est Amiliane, quod non te iudice refutaauerim, quod præcium magia meæ reperisti? Cur ego Pudentille animum veneficijs flecterem? quod ex ea commodum caperem, uti dotem mihi modicam potius quàm amplam diceret? O præclara carmina. an ut eam dotem filiis suis magis restipularetur, quàm penes me sineret? Quid addi ad hanc magiam potest? an uti rem familiarem suam meo adhortatu plerunque filiis condidisset, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quicquam impartiret? O graue veneficium, dicam, an ingratum beneficiû? an ut testamento, quod irato filio scribebat, filius potius, cui offensa erat, quam me, cui deuincta, heredem relinqueret?*

Hoc quidem multis * carminibus difficile impetraui. Pu-
tate vos causam non apud Claudium Maximum agere,
virum equum, & iusticie pertinacem: sed alium aliquem,
prauum & seuum iudicem substituere, accusationum fau-
torem, cupidum condemnandi. date ei quod sequatur, mi-
nistrate vel tantulam verisimilem occasionem secundum
vos pronunciandi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini,
quod responderatis, qui vos ita rogarit. Et quoniam omnē
conatum necesse est quaequam causa precedat, respondete,
qui Apuleium dicitis animum Pudentilla magicis ille-
tamentis adortum, quid ex ea petierit? cur fecerit? For-
nam eius voluerat? negatis. Diuitias saltem concupierat?
negant tabulae dotis, negant tabulae donationis, negant tabu-
lae testamenti, in quibus non modò non cupidè appetisse, ve-
rum etiam durè repulisse liberalitatem suae uxoris ostendi-
tur. Quae igitur alia causa est? Quid obmutuistis? quid ta-
ceris? Vbi illud libelli vestri atrox principium nomine pri-
uigni mei formatum? Hunc ego, domine Maxime, reum
apud te facere institui. Quin igitur addis, reum magistrū
reum vitricum? reum deprecatores? Sed quid deinde?
plurimorum maleficiorum & manifestissimorum. Cedò v-
num de plurimis. Cedò dubium, vel saltem obscurum do
manifestissimis. Caterum ad haec quae obiecistis innumera,
binis verbis respondeam. *Dentes splendidos: Ignosce mi-
dicis: Specula inspicias: Debet philosophus: Versus facis:
Licet fieri. Pisces exploras: Aristoteles docet. Lignum con-
secras: Plato suadet. Uxorem ducis: Leges iubent. Prior
natus est: Solet fieri: Lucrum sectatus es dotis: Dotalem
accipe, donationem recordare, testamentum lege, quae si o-
mnia affatim retudi, si calumnias omnes refutauit, si in o-
mnibus non modò criminibus, verum etiam maledictis,
procul à culpa philosophiae turus sum, si philosophiae hono-
rem (qui mihi salute mea antiquior est) nusquam minui,
immo contra ubique si cum septem poenis eum tenui, si haec
ut dico*

ut dico ita sunt, possum securius tuam existimationem reuereri, quam potestatem vereri, quod minus graue & verendum mihi arbitror, à proconsulibus damnari, quam si à tam bono, tamque emendato viro improber. Dixi.

L. APVLEII MADAVRENSIS
PHILOSOPHI PLATONICI
Cosinographia, siue de Mun-
do, ad Faustinum
liber.

Consideranti mihi, & diligentius intuenti, & se-
pe alias, Faustine, mihi virtutis indagatrix,
expultrixque vitiorum, diuinarum particeps
rerum Philosophia videbatur: & nunc maximè,
cum naturæ interpretationem, & remotarum ab oculis
rerum inuestigationem sibi * vendicet. Nam cum ceteri
magnitudine rei territi, eiusmodi laborem arduum &
profundum existimarent, sola philosophia suum non despe-
xit ingenium: nec indignam se existimauit, cui diuinarum
& humanarum rerum disceptatio deferatur. sed * con-
discere ac docere tam bonas res, & eiusmodi opera cum
ingenuitate professionis suæ credidit, & congruere istius-
modi curam talibus studiis & moribus. Nam cum ho-
mines mundum eiusque penetrabilia adire non possent, ut è
terreno domicilio illas regiones inspicere, philosophiam
ducem nacti, eiusque imbuti inuentis, animo peregrina-
ri ausi sunt per cæli plagas, his itineribus, quæ explora-
tione acuminis sui peruia sapientiæ, solis cogitationi-
bus viderant: ut, cum ipsius interualli conditione à
mundi vicinia natura nos secretos esse voluisset, immen-
sitati tamen eius volucricque curriculo cogitationum
nostrarum nos pernicitas intimaret: facillimèque ea,

de quibus origo eius est, anima diuinis oculis suis aspexit & agnouit, aliis etiam eius scientiam tradidit. veluti Propheta * qui dum Deorum maiestate completi sunt, effantur ceteris, que diuino beneficio soli vident. Quare & eos qui nobis vnius loci ingenia qualitatesque describunt, aut moenia urbis, aut alicuius amnis fluentia, aut amoenitates & magnitudines montium, alia multa descripta ab aliis plerique studiosè legunt. Nysæ iuga, & penetralia * Cirrhi, & Olympi sacra, & Ossa ardua, & alia huiusmodi sola duntaxat & singula extollunt: quorum miseret me: cum tantopere nec magnis, & oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur. Hæc illis euenire adeo non est admirabile, cum nihil maius suspexerint, neque ad * aliquid quod maiore diligentia contemplandum esset. Ceterum si terrarum orbem, omnemque mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas eius & singulas partes dignas laudibus credidissent, quibus esset vniuersitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum & doctissimum philosophorum, & Theophrastum authorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione: naturas & officia complexi, & cur & quemadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis societate cœli & terra constat, & eorum naturis que vtriusque sunt. Vel sic: Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia cuius cardinem (sic enim dixerim centrum) robustum & * incontingibilem genitrix atque alitrix animantium omnium habet tellus supernis orantibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis septis & opertis. Vltra Deorum domus est, quod vocamus Cœlum: quod quidē diuinis corporibus onustum videmus, ignibus pulcherrimis & perlucidis Solis & Lune, & reliquorum siderum, cum quibus fertur per orbem, dierum nocturnumque curriculis, agens stellarum choros intermino lapsu, finem nulla qui defectione factura.

Sed quum omne calum ita reuoluatur ut sphaera, ipsum tamen radicibus oportet teneri, quas diurna machinatio verticibus affixit: ut in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. eos Polos dicimus à quib. velut à cardinibus directio quadam profecta, Axis est dictus, diuisor & discriminator mundi, orbem terre in medietate constituens. Verum hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter appareat ex parte Boreæ, qui Septentrionalis vocatur: alter autem Antarcticus humo tegitur, humidis & Austrinis vaporibus mollis. Sed cælum ipsum, stellaque cœligeræ, omnisque siderea compago, Æther vocatur: non (ut quidam putant) quòd igneus sit & incensus, sed quòd cursibus rapidis semper rotetur. Elementum verò non vnum ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere diuinum & inuolabile. Iam astrorum innumerabilis multitudo, partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circuloꝝ ambit signifer, obliqua complexione circumdatus, & signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sanè inter se similem & æqualem, sed affixæ diuersis globis, inordinatum (ut sic dixerim) ordinem seruant: aliæque ultra sunt, aliæ citra stellæ, quæ propter naturam eiusmodi nullis creduntur errantibus vagæ, & infinitos numero greges ducunt, & simplex ætheris dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coronant. Septem verò Deorum illustres, totidem orbibus affixæ sunt, & gradatim sibimet superlatæ, ut superior inferiore sit maior, ac vicissim mutuis adhesionibus nexæ, complexu illius orbis qui inerrabilis dicitur, continentur. Hic Phenonis globus, quem appellamus Saturnum. Post quem Phaëton secundus est, quem Iouem dicimus. Et loco tertio Pyroëis, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant, Hanc sequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mer

*cury nomen dederunt. Quintus Phosphorus, lunonia, imò
 Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis: & ultima
 omnium Luna, altitudinis aethereae principia discriminās:
 quae diuinas & immortales viuacitates ignium pascens, or-
 dinatis ac semper equalibus inuentionibus soluitur atque
 reparatur. Post eam verò pars est, quae sancti aetheris fi-
 nib. coercetur, cuius mensu appensuque distincta est natu-
 ra immutabilis regio, & mortalis, ac iam penè terrena: cu-
 ius primae sunt partes tenuiores & vaporatae, quippe cum
 finitimis aetheris attingantur ardoribus, quantum maximis
 parua, & quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed
 ex ea parte, qua curriculis finitimi inuritur Solis, eiacula-
 ri atque emicare flamma quaedam, ostendere se oculis no-
 stris videntur, quas Graeci Cometas, & Docydas, & Bothy-
 nos appellant, quasque labi & fluere frequenter videmus,
 lucere, faciliusque restingui. Exinde inferioris aëris qua-
 litas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis rigor.
 Sed superioris vicinia claritatis & propinqui caloris affla-
 tu nitescit, ac sinceriore interdum luce * vescitur. Huius
 saepe mutabilis conuertitur species: cum sit natura variabi-
 lis. In nubes cogitur, & reciprocis flabris aperitur, & * im-
 bribus vehementibus rumpitur, niuib. etiam & glacie
 inhorrescit, & praecipiti grandine desuper verberatur: tur-
 bine, flatibus typhonisque conflictu fit procellosa: sed telis
 fulminum, & missilium caelestium iaculis ignescit. Aëri
 terra coniungitur, eaque in se suscipit maria, & frequen-
 tatur animantibus. Hac silvarum viriditate vestitur, &
 fontium perennitate recreatur. Hac fluminum frigidus
 lapsus, nunc * exterioribus terris vehit, modò profundo
 in mari confundit. Eadem infinitis coloribus floret, alti-
 tudine montium, camporumque equalitate, nemorum opa-
 citate variatur, sinuosis inflexa litoribus, distincta insulis,
 villulis urbibusque collucens, quas sapiens genus homo
 communibus vsibus fabricauit. Nec sum nescius, plerof-
 que*

que huius operis autores terrarum orbem ita diuifisse: partem eius infulas esse, partem verò continentem vocari: nescii omnes, hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coerceri, infulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes huic alias & alias minores circumfundit Oceanus, que tamen meriò videntur ignote: cum ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnes, peragere possimus. Nam sicut hæ infule interfluuntur, que sunt in nostro mari: ita ille vniuerso salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, & quinque coniuges copule his ordinate vicibus attinentur, ut adhereant etiam grauioribus leuiora. Aquam in se habet tellus, & aqua (ut alii putant) vehit terram. Aër ex aqua gignitur, ignis ex aëria densitate conflatur: ether vicissim, ignesque illi immortalis Dei viuacitate flammantur. Huius diuini ignis origine incensi, per totius mundi connexa illustribus facibus ignescunt superna. Quapropter Dii superas sedes habent, infima caterorum animantium terrena possident. & erumpunt, scatent flumina, fontes & maria, que meatus & lacunas & origines habent in gremio terrarum. Ipsarum verò insularum, que sunt in nostro mari digna memoratu, Trinacria est, Eubœa, Cyprus, atque Sardinia, Creta, Peloponnessos, Lesbos. Minores autem alie, ut nebule quidem, per apertas Ponti sunt sparsæ regiones: alie Cyclades dicte, que frequentioribus maribus abluuntur. Maria maiora sunt, Oceanus & Atlanticum, quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per angustias oris arctatum, in arctissimos sinus funditur: & rursus à columnis Herculis refusum, in immensam latitudinem pãditur. sæpiusque coeuntibus terris, veluti quibusdam fretorum ceruicibus procedentibus, & idè rursus cedentibus terris est immensum. Primum igitur columnis nauigantibus dextros latus duob. sinibus maximis cin-

gitur: quorum primus duas Syrtes habes: alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima diuisus est maria: quorum unū Gallicum dicitur, alterum Africum, quod quidem Aristoteles Sardinienſe maluit dicere: tertium, Adriaticum pelagus. His iungitur Siculum, & poſt Creticum: & indiſcretis finibus Pamphilium, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegæa, Myrtoa ſunt maria. His ſanè vicinus eſt pontus, ſinus ampliſſimus maris noſtri: cuius extremus reſſus in Maotin ſeneſcit, & ex Hellespontibus concipitur, veſtibulumque eius Propontis vocatur. Ab ortu ſolis Oceanus eſt, Indicum & Perſicum mare conferens. Hinc fateſcunt finitima Rubri maris, que per anguſtas longinquâſque fauces in Hyrcanium & Caſpium ſeſtuntur: ſimul vtraque profunda vaſtitatis eſſe maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum & hybernum fretum, & rurſum mare per quod Gallicū atque Gaditanas columnas circumuectus Oceanus, orbis noſtri metas includit. Sed in altera parte orbis iacent inſularum aggeres maximarum. Britannia due, Albion & Ierna, quas ſuprà diximus eſſe maiores. Verum hæ in Celtarum finibus ſite ſunt. Minores verò ultra Indos, Taprobana, & Phebol, multeque aliæ vrbes admodum ſparſæ, hanc noſtram inſulam, id eſt hunc terrarum orbem, quã maximã diximus ornamentis ſuis pingunt, & continuatione vt quibusdam ſertis coronant. At enim huius terræ quam nos colimus latitudo XL. prolixas LXX. M. ſtadiorum tenet. Sed in diuiſione terrarum orbem, Aſiam & Europam, & cum his, ſicut plures, Africam accipimus. Europa ab Herculis columnis, uſque Ponticum & * Hyrcanum mare, ac flumen Tanain fines habet. Aſia ab iſdem anguſtiis Pontici maris, uſque ad alias anguſtias que inter Arabicum ſinum & interioris ambitum pelagi iacet, conſtringitur que Oceani cingulo ſocietate noſtri maris. Sed alij alio modo, vt quidam ab exordio Tanais uſque ad ora Nili Aſie termi-

terminos metiantur. Africam verò ab Isthmo Rubri maris, vel ab ipsis fontibus Nili oriri putant, eiusque in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Ægyptum plerique Asia, plures Africa adiungunt, ut insularum situs. Sunt qui eam finitimis locis cõprehendunt: & sunt qui in alia diuisione eas habendas putant. De mari satis dictum. Terrene verò ita se habent exhalationes: quas duas Physici esse dicunt, tenues & frequentes, vixque visibiles ad superiora minari, et gremio telluris nebularum agmina halitu amniũ fontiumque constare, matutinis temporib. Harum altera arida est, * aqua consimilis, quæ terrenis relictationibus surgit: altera humida, & egelida. Hanc effluentis superioris vaporis natura ad se trahit: & ex hac quidem nebula, rores, pruina, nubila, imbres, nix atque grando* generatur. De illa superiore, quam diximus siccam, venti, aque, flammæ, fulmina. atque aliæ ignitorum telorum gignuntur plurimæ species. Nebula constat aut ex ortu nubecula, aut ex eius reliquijs. Est autem exhalatio vaporata, humore viduata, aere crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem infert. Nec aliud est serenitas, quam aër purgatus caligine, & perspicuè sincerus. Ros verò nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit. Glaciẽ dicimus humorem sereno frigore concretum. Huic est pruina consimilis, si mollicies roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo si aër actus in nubem, nubilum denset, & ea crassitudo aquarum fœtu grauidatur, imber exprimitur, cum inter se urgentur nubium densitates, tõtque diuersitatibus pluuia cadunt, quot modis aër nubium conditionibus cogitur. Raritas enim nubium stillisidia dispergit: quæ concreta vehemētius, effundunt agmina largiora, & eas aquas quas imbres vocamus. à quibus hoc differunt nimbi, quòd pluuia ingis est: nimbus autem quantò repentinior est, tanto vehemētior: & quantò improuisior & precipitator est, tanto breuiore casu restringitur. Nives autem colligi iactatione den-

sarum nubium constat. Nam priusquam in aquā defluant, fracta ac discissa spumas agitationibus suis faciunt, & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. Hac victis nubibus crebrior ad terram venit. Eam tempestatem nos Nigrorem vocamus. Grandinare verò tunc dicitur, cum aqua nubem lapidoso pondere & festinante perumpit: eadēque ubi & ad pernicitatem incitat, & cedente aëris molli cura præcipitatam indignatione vehementi humana verberat. Hac satis erunt de ijs, quæ vdis elementis, æquosisque contingunt. Verum alia sunt passiones, quæ cum impulsu frigidioris aëris venti generantur. Nec enim aliud est, nisi simultum & vehemens in unum coacti aëris flumen. Huc spiritum dicimus: licet spiritus ille nominetur, qui animalia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali & fecunda ope vegetat. Siccos etiam superiores mundi flatus Ventos nominamus: Auras verò, humidos spiritus. Sed ventorum bina sunt species. Qui facti è telluris habitu constant, Terrigenæ nuncupantur. At illi qui excutiuntur è sinibus, Encolpiæ, de recessu nominati. Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, & stagnis. Qui ruptis nubibus per operta cœli manare adsolent, rursūque in crassā nubium speciem conglobantur, vel cum imber effusus cœciat flabra, quæ Exhedriæ Atticæ cū lingua vocitantur. Nunc nomina exequemur, regionēsque ventorum. Euros oriens, Boreas septentrio, occidens Zephyros, Austros medius dies mittit. Hos quatuor ventos alij plures interfluunt. Nam quamvis Eurus sit ventus Orientis, idem tamē Aparctias incipit nominari, cum eum oriens æstivus emittit. Apeliotes autem vocatur, cum meridianis ex montibus procreatur. Eurus est, quando hyemalis ortus portis emittitur. Zephyrus verò, quem Romana lingua Favonium nominat, cum de æstivis occiduis partibus surgit, Iapygis nomine efferri solet. At ille qui prior est æquinoctiali plage Notus, & Aquilo, qui VII stellarū regione generatur, & huic vicinus est*

est Aparctias. Huic propriores ad idē diem mediū Thra-
scias & Argestes sunt, indidem flantes in omnibus. Austro-
rum illa est obseruanda diuersitas. Nāque cum de abscon-
dito polo flatus adueniunt, Notus est. Euronotus, ille qui
inter Notum atque Eurum medius effringit. Ex altero la-
tere Libonotus ex duobus unū facit. Excursores venti ha-
bentur, qui directo spiritu pro flabris reciprocis Cecias pu-
tatur esse. Equidem hiemales habentur, ut Noti: Etesia fre-
quentiores sunt astate anni: Septentriones ac Zephyri tem-
pestate veris. Ornithia verni appellantur Aquilonum
genus ex aëre prolati minori nisu, nec iugi perseverantia
spiritus perferentes. Atenim procellosus flatus Catagis di-
citur, quem praefractum possumus dicere. Ventus, qui de su-
periore cali parte summissus, inferiora repentinis impuls-
ibus quatit, Turbo dicitur, qui repentinis flabris prosilit,
atque uniuersa perturbat. Vortex ille est, vel (ut dicitur)
Pinea, cum torquetur humus arida, & ab infimo erigitur
ad summum. Anaphysemata Graci vocant eos spiritus,
qui de fundo vel hiatus terra explosi, ad superna maris
solent deuenire. Hi cum maiore vi torti sunt, fit procella,
& à Gracis Prester nomen accepit. Sed cum tormentum
illud ire pergit, densasque & tumidas nubes * praesagit,
coactasque collidit, fit sonitus, & intonat cælum, non secus
ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas lit-
toribus illidat. Faorinus, non ignobilis sapiens, haec de vē-
tis refert. Quatuor mūdi plagas imparē numerum habe-
re ventorum, eo quod ortus & occasus mutantur terna vice
cum solis accessu: meridies & arctos isdem semper regio-
nibus sunt notatae. Ortus quippe accepimus, Aequinoctia-
lem, Solstitialem, Brumalem: quibus occasus redduntur ea-
dem interuallorum ratione conuersi. Eurus * aequinoctia-
lis orientis, est, nec inuenuste nominis eius fictus est, qua-
si ἐπὶ τῆς ἐὼς πύλῃ. Idem ἀφηναιῖος à Gracis, Subsolanus
à nostris solet dici. Sed qui ab aestiva & Solstitialis

orienti meta venit, Ἑσπίας Gracè Latine, Aquilo nominatur. Hinc αἰθρῆς ἁπλοῦς τῶν, quòd sit aliàs serenus, Homerus ait: Boream verò ἀπὸ τῆς ἑσπίας, quòd non sine clamore solet intonare. Tertium ventum qui ab oriente hiberno venit, Graci ἄβροτον vocant. Item occidui sunt, Caurus, qui Gracè ἀγρῆς vocatur, is est aduersus Aquiloni: item Fauonius, Gracè Ζήφους, Euro contrarius. Tertius Africus, id est ἀλφ, Vulturo refat. Meridies verò quoniam eadem semper regione signatur, vno Austro, id est νότος flatur. Septentrio item vno, & is Septentrionis habet cognomentū: qui tamen Graca lingua ἀπάρκτιος dictus est. Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circiam, à turbine eius, & vertice: Apuli Iapygem, ex Iapyge sinu, id est ex ipso Gargano venientem. Hunc Caurum esse, manifestum est: nam & ex occiduo venit, & Vergilius eius sic meminit.

Illum inter cædes pallentem morte futura,

Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.

Est etiam Cacias ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait. & est adagium de eo tale, καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἕλκων, αἰθρῆς ἁπλοῦς τῶν. Sunt Etesia, & Prodromi spirantes ex omni parte, * tempore aestatis quo Canis oritur. Cato autem in Originibus non Circium, sed Cercium dicit. Is ventus Cercius, cum loquere, buccam implet: armatum hominē, plaustrum oneratum percellit. Nunc de nubium * presagijs referam. Quando illa perfracta nubecula patefecerit cælum, ignescunt penetrabiles spiritus, emicatque lux clara. hoc dicitur coruscare. Et ordine quidem prius tonare oportet, postea coruscare. Quippe ubi nubes adflictu ignem, ut ferro saxa attrita, inter se * dat, obtutus velocius illustriora contingit: auditus dum ad aureis venit, seriore sensu concipitur: ita & prius coruscare cælum creditur, & mox tonare. Tum quia ignes pernitate sui coruscantes diuisione nostrae visioni occurrunt, sonus verò verberati aeris se-

rius indicio sentitur. Flamma verò illa, quam nubium adflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu deuehitur in terras, & fulminis habet nomen, atque formidinem. Presteras verò nominamus, cum flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit fulmen, Typhon vocatur. Sceptos generale omnibus quæ de nubibus cadunt, nomen est. Atque, ut breuiter comprehendam cuncta generis eiusdem, eorum, quæ eiusmodi prestigias nostris inferunt oculis, alia sunt quæ speciem tantum spectaculi pariunt, alia quæ nihil ab eo quod ostenderunt mentiuntur. Fallunt imaginem Iris & Arcus, & talia: verè videntur Cometae, Fulgores, & similia pleraque Iris vulgò arcum esse aiunt, quando imago Solis vel Luna humidam & cauam nubem, densamque ad instar speculi colorat, & medietatè orbis eius secat. Rhabdos autè generis eiusdem, ad virgæ rigorem, per longum colorata nubecula dicitur. Halysis est catena quadam luminis clarioris, per Solis ambitum in se reuertens. Inter hæc, & Irida illud interest, quòd Iris multicolor est, & semicirculo figurata, procul à Sole atque Luna. Catena clarior est, astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolorè. Selas autem Græci vocant, incensi aëris lucem. Horum pleraque iaculari credas, alia labi, stare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur, cum meatu aëris impulsus generatus ignis, celeritatem sui cursumque rapida festinationis ostendit. Statina lux est, quam Sterigmon illi vocant, sine cursu ingi, sed proluxa lux, stelleque fluor, ignitusque liquor. Quicumque latius panditur, Cometes vocatur. Sed plerunque luces istæ repentinò ortæ, statim occidunt. & item ut se ostenderint, aliquantis per manent. Genera, quas Græci Faces, & Docidas, & Pithos, & Bothynos, ad eorum similitudinem vnde dicta sunt nominant, rarò de Septentrione vel Meridie videas: nihil horum quippe. Sed non aquarum modò tellus in se fontes habet, verum spiritum & igni fecunda est. Nam quidem sub terra occultis

sunt spiritus, & flantes incendia indidem suspirant: ut Lipare, ut Aetna, ut Vesuvius etiam noster solet. Illi etiam ignes qui terra secretarijs continentur, praetereuntes aquas vaporant, & *produunt longinquitatem flammae, cum tepidiores aquas reddunt, viciniam cum feruentiores opposito incendio aquae vruntur. ut Phlegethontis amnis, quem poëta sciunt in fabulis inferorum. At enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his animaduertat accidere, ut eorum religione lymphantes, alij sine cibo potuque sint, pars verò praesagys effantes futura? quod in oraculis Delphicis, ceterisque est. Vidi & ipse apud Hieropolin Phrygiae, non adeo ardui montis vicinum latus hiatu reseratum, & tenuis neque edita marginis ambitu circumdatum: seu illa (ut poëta volunt) Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quaeque animalis, & in aluum prona atque proiecta venenati spiritus contagione corripunt, & vertice circumacta interimunt. Antistites denique ipsos semininos esse, qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes, adeo illis cognita vis mali, & inferiora aëris noxia raritate densa est: inferiores quoque adire & percellere. Atque saepe accidit, ut statim spiritus per terrae concavas partes errantes, continerent solida terrarum: saepius, ut spiritus crescente violentia, & insinuante se telluris angustijs, nec inuenientes exitum, terram mouerent. Horum motuum tam varia nomina, quam diuersi. Namque qui lateribus proxima quaeque, iactantes, & acutis angulis mobiles, *Epedite Graecè appellantur. Sed qui subsiliunt, excutientes onera, & recuperantes, Braste vocantur. Illi qui abstrudere videntur, quorum impulsu disilit tellus, Rhectae nomina ri. His passionibus contingit, ut quadam terrae expirent halitus, aliae vomant saxa, nonnullae cauum. sunt quae fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminum sulcantes vias. Isti sunt motus, quibus solum quatitur. Palmarie vero

verò appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen rigoris statum retineant. Micetias vocatur tetri odoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta telluris inuentis itinerib. progreditur. His talibus marina sunt paria, cū fluctuū concurrentiū mole, nunc progressib. litora, nūc recursib. sinus* cœli quatiuntur. Sentitur etiam cœli marisq; cognatio, cū menstruis cursibus. Luna decremēta, & accessus fretorū atq; estuū deprehenduntur. Verum enim uerò, ut quatenus possum de vniuersitate quòd sentio, breuiter absoluaui: Elementorum inter se tanta discordia est, id est aëris, maris atque terræ, ut admirari minus deceat, si illis eadem incōmoda soleant, atque secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atque obitus asserentes, vniuersitatē verò sine atque initio vindicantes. Et quibusdam mirum videri solet, quòd, cum ex diuersis atque inter se pugnantibus elementis Mundi natura constata sit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis, tanto rerum diuortio nondū sit eius mortalitas dissoluta. Quibus illud simile satisfaciet cū in vrbe ex diuersis & contrarijs corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter diuites & egentes, adolescentum atas permixta senioribus, ignaui cum fortioribus, pessimi cum optimis congregati. Aut profecto quod res est fateantur, hęc esse ciuilibus rationis admirandam temperantiam, cum quidem de plurimis vna sit facta, & similis sui tota, cū dissimilia membra sint, receptrixque sit naturarum ad diuersa tendentium, & fortunarum per varios fines exitusque pergentium: & ut res est, cōtrariorum per se natura flectitur, & ex dissonis fit vnus idēque consensus. sic mas. & fœmina secum iunguntur, ac diuersus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artēsque ipsa natura imitātes, ex imparibus paria faciūt. Pictura ex discordib. pig-

mentorū coloribus, atris, albis, luteis & puniceis, confusione modica temperatis, imagines his quæ imitatur similes facit. Ipsaq; musica, quæ de longis & breuibus acutis & grauioribus sonis constat, tam diuersis & dissonis vocib. harmoniā consonā reddit. Grammaticorū artes vnde quæso? cum ex diuersis collecta sint literis? ex quibus aliæ sint insonæ, semisonantes aliæ, pars sonantes, tamen mutuis se auxilijs adiuuantes syllabas pariunt, & de syllabis voces. Hoc Heraclitus sententiarū nobilis auctor ad hunc modum est profecutus. *σωμᾶφίας ἔλα κὺ ἔχι ἔλα, συμπερῆσθρον κὺ διαπερῆσθρον, σωμᾶδον κὺ διάδον, κὺ ἐν πᾶσι των ἐν κὺ ἴσ' ἐνὸς πάντων.* Sic totius mundi sua instantia, in t. orum inter se impares conuentus, pari, non discordante consensu, natura veluti Musicā temperauit. Nānque liquidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit, unūmque ex omnibus, & ex uno omnia iuxta Heraclitum, constituit: terrāque mare atque cælum solis orbe, & lunæ globo, cæterisque orientiū & conditorum siderum facib. ornauit, vna illa parte mixta, quā quidem cunctis cōstat implicatā, dum confusa, dum libera elementorum substantia, ignis, aquæ, aeris, terræ: ex quibus huius sphaera conuexa, & disparibus qualitatibus natura conflata adacta est sateri concordia, & ex ea salutem operi machinata. Principiorum igitur consensus sibi concordia peperit, perseuerantiā vero amicitia inter se elementis dedit specierum ipsarum equalitatis, dū in nullo alia ab alia vincitur, modo vel potestate equalis. Quippe omnium diuersitas grauisimorum, lenissimorum, feruentium, frigidorum, docente ratione naturæ, diuersis licet rebus equalitatem * differre concordia, omnia parentis mundi amoenitatē eternitatēque reperisse. Quid enim mundo præstātius? Lauda quā putes specie, poruo à te laudabitur mundi: admirare quā voles temperantiā, ordinationē, figurā: hic & per hunc illud quodcunque est, inuenietur esse laudādum. Nā quid, oro te, ornatum atque
ordi-

ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatur a siccitate? Unde *ἰσχυρός* græcè nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, cæteræque luce siderea per easdē vias, custoditis temporum vicibus, nec ullius * erroris interiectione confusis, digeruntur tempora, & rursus incipiunt. Atque pulchrè & fœcundè hora procreantur, nunc æstiuos vapores reuoluentes, nunc pruinas hyemis circumferētes. Dierum etiā noctiūmque curriculis ordiuntur menses, texunt annos, anni seriem conficiunt seculorum. Et quidem hic mundus magnitudine immēsus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic causa animalium natantium atque terrestrium, pennigerorum, cunctorumque distinxit genera in species separauit, fixitque leges viuendi atque moriendi. Ex hac animantia vitalis spiritus dicunt, illis statutis cursibus temporum, euentus, qui admirationi esse solent, cum vel inter se ventorum prælia cientur, vel disiectis nubibus fulmina, cœlum & tempestates inter se serene, hyberneque configunt, micant ignes, inde rumpuntur, & rursus placatis omnibus amœnitate mundi reaseratur. Videas & viridantibus comis cæsariatam esse terram, & scatebris fontium manantem, & aquarum agmina concipientem parientem atque educantem, nec occasibus fatigari, nec seculis debilitari excussam, erumpentibus semper tam pigris quàm mouentibus fœtibus: aquarum sæpe alluionibusmersam, flammaram per partes voracitate consumptam: quæ tamen illi cum regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem salutaria sunt, & ad redintegrationem eius valent. & cum mouetur, profecto spirat illos spiritus: quibus clausis, & effugia querentibus, mouebatur. Hymbribus etiā madefacta, non solum ad educandos fœtus suos opimatur, verum etiā pestifera contagione proluetur. Flabris autem spirantium aurarum grauiorēs, & minus puri aëris spiritus differuntur, atque purgantur. Te poris frigus glaciale

mitificant, & brumalis * austeritas terrestrium viscerum
 venas remittit. & pars gignentium, alia adolescentium, cetera
 occidentium vices sustinent: & sors nascentium, obitorum loco
 pullulat, & occidentium numerus nascentibus locum pandit.
 Restat, quod caput est sermonis huius, ut super mundi re-
 ctore verba faciamus. Indigens quippe videbitur oratio de
 mundo disputatibus, ut etsi minus curiose, at quomodo pos-
 sumus, differamus. De rectore quippe omnium non, ut ait ille,
 silere melius est, sed vel parum dicere, vetus opinio est. Atque
 in cogitationes omnium hominum penitus incidit, Deum esse,
 originis non habere auctorem: deumque esse salutem & perse-
 uerantiam earum, quas effecerit, rerum. Neque ulla res est iam
prestantibus viribus, quae viduata Dei auxilio, sui natura
contenta sit. Hanc opinionem vates secuti, profiteri ausi sunt,
 omnia loue plena: cuius praesentiam non iam cogitatio sola,
 sed oculi, & aures, & sensibilis substantia comprehendit:
 ad haec composita est potestati Dei conueniens oratio. Sospita-
 tor quidem ille genitor est omnium, qui ad complendum mun-
 dum nati, factique sunt non tamen, ut corporei laboris offi-
 cio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam in-
 fatigabili providentia, & procul posita, cuncta contingat, &
 maximis intervallis disiuncta complectatur: nec ambigitur,
 cum praesentem atque sublimem sedem tenere, & poetarum lau-
 dibus nomen eius consulis ac regum nuncupationibus pre-
 dicari, & in arduis arcibus solum consecrati. Denique prop-
 tiores quosque de potestate eius amplius trahere: corpora
 caelestia illa quanto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo
 capere: multoque minus quae ab illis sunt secunda, & ad
 haec usque, terrena pro intervallorum modo indulgentiam Dei
 ad nos usque, beneficiaque peruenire. Sed cum credamus Deum
 per omnia permeare, & ad nos, & ultra potestatem sui nomi-
 nis tendere, quantum abest, vel imminet, tantum existiman-
 dum est eum amplius minusve rebus utilitatis dare: * quam
 rectius est atque, honestius sic arbitrari summam illam po-
 testatem

testatē, sacratam cœli penetrabilibus, & illis qui longissimè
 separantur, * est proximis * una & eadē ratione per se &
 per alios opē salutis afferre, neque penetrantē atque adēn-
 tem specialiter singula, nec indecorē attrēctantem cominus
 cuncta. Talis quippe humilitas deiecti est, & minus subli-
 mis officij, nec cū homine quidem conuenit qui sit paululū
 conscientia celsioris. Militia principes & curia proceres, &
 urbium ac domorū rectores, dico nunquā commissuros esse,
 ut id suis manibus factū velint, quod sit cūrā lenioris * sus-
 cioris quoq; possint nihil obsequijs facere dominorum im-
 peria ministeria seruulorū. * Exēplum quale sit istud in-
 tellige. Cābyses, & Xerses, & Darius, potentissimi reges fue-
 runt: horū præpotentia, quam ex opibus collegerant, lenoci-
 nium vita effecerat celsioris, cum eorum alter apud Susam
 & Ecbatanas, ut in fano quodam sacratiss, nulli temerē no-
 ticiam moris sui panderet: sed circumseptus admirabili re-
 gia, cuius tecta fulgerent, eboris niue, argenti luce, flammis
 ex auro vel electri claritate. Lumina verò alia præ alijs
 erant. Interiores fores exteriorēs ianue immanebant, porte-
 que ferrate & muri adamantina firmitate. Ante fores viri
 fortes stipatorēsque regalium laterum tutela peruigili, cu-
 stodiā per vices sortium sustinebat. Erant inter eos diuisa
 officia: in comitatu regio armigeri quidam, at extrinsecus
 singuli custodes locorum erant: & ianitores, & atrienses. Sed
 inter eos aures regie, & imperatoris oculi quidam homi-
 nes vocabantur, per quæ officiorum genera rex ille ab ho-
 minibus deus esse credebatur: cum omnia quecumque ibi
 gererentur, ille * Ot. custarum delatione discebat. Dispen-
 satores pecunie, questores vectigalium, tribunos ærarios ha-
 bebat. Alios & alios præfecerat ceteris urbibus. Alij
 venatibus agendis prouinciā nacti, pars domibus & mu-
 neribus præfecti putabantur, & ceteri perpetuis magnif-
 que curis, obseruatione singularum rerum apppositi e-
 rant: sed omne Atticum regnū ab occidente Hellepontus

terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum. Duces ac satrapæ ubique dispositi, & permixta locis omnibus. municipia regalia. Ex eo numero erant & cursores diurni, atque nocturni exploratores, & nuncij specularum incensores assidui. Tum horum per vices incense faces ex omnibus regni sublimibus locis in vno die imperatori significabant, quod erat scito opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula, ut inter se comparentur summus atque exuperantissimus diuum, & homo ignauus & pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi indecorum est per semetipsum procurare omnia, & perficere, multo magis Deo inconueniens erit. Quare sic putandum est, eum maxime maiestatem retinere, si ipse in alto resideat loco, eas autem potestates per omnes mundi partes orbisque dispenset quæ sint penes Solem ac Lunam, cunctumque cælum. Horum enim cura salutem terrenorum omnium gubernat. Nec multis ei opus est, nec particeps hominum obseruatione, quibus propter ignauiam appositum est pluribus indigere. An non eiusmodi compendio machinatores fabricarum, astutia vnus conuersionis multa & varia pariter administrant, etiam illi qui in ligneolis hominum figuris gestus mouet, quando filium membri quod agitari solet traxerint, torquebitur cervice, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præsto erunt, nec inuenuste totus videbitur viuere. Haud secus etiam cælestis potestas, cum initium scientia & salutifera opera mouerit, ab vno ad secundum, & deinceps ad tertium, & vsque ad supremum, attactu continuo vim suæ maiestatis insinuat, aliud alio commouetur, motusque vnus alteri mouendi se originem tradit. Mundo equidem consentiunt non vna, sed diuersa via, & plerunque contraria. Sed prima remissiore admodum data, simplici que inchoato principio, impulsibus mutuis, ut supra dictum est, mouentur quidem omnia: sed ita, ut si quis spheram aut quadratum, & cylindrum, & alias figuras in procliu simul

iaciat,

*iaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodē genere mo-
 uebuntur. Nec illud dissimile exemplum videri oportet, si
 quis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem
 simul abire patiat, volucrum natalium atque terrestriū.
 enimuero ad suum locū quæque duce natura properabunt:
 pars aquā repetentes, illa inter agros legibus & institutis
 suis naturali lege aggregabuntur, ibunt per aeris vias pre-
 petes, quibus hæc natura largita est, atque * uno sinu ab-
 eundi facultas concessa omnibus fuerit, sic natura mundi
 est constituta. Nam cum omne cœlum simplici circumactu
 voluatur, nocte diēque distinctum, diuersis mensurarum
 equalitatibus separatum, quāuis una sphaera omnia cōclu-
 serit, incrementis tamen globi sui, decisionēque luminis mē-
 strua tempora Luna significat, & cœli spaciū Sol annua
 reuersione collustrat, eiusque comites amœnus Lucifer, &
 communis Cyllenius stella. etenim prioribus Mauortium
 sidus circuli sui in biennio conficit spacia. Iouis clarum ful-
 gēnsque sexies eadem multiplicatis cursib. suis tēpora, quæ
 Saturnus sublimior XXX spacijs annorum circumerrat.
 Verum inter hæc una mundi conuersio, unusque reuersionis
 est orbis, & unus concentus, atque unus stellarū chorus,
 ex diuersis occasibus ortibusque hoc ornamento, & ut mo-
 nile rectissimè $\kappa\omicron\mu\omicron\varsigma$ Græca lingua significat. At enim ut in
 choreis, cum dux carminis hymno præcinit, concinentium
 vulgus virorum & fœminarum mixtis grauib. & acutis
 clamoribus unā harmoniā resonāt: sic diuina mens mun-
 danas varietates, ad instar vnus concentrationis reuelat.
 Nam cum cœlum confixum vaporatis & radiatibus stel-
 lis inerrati cursu feratur, & reciprocis itineribus astra
 consurgant: Sol quidē * omni tuenti ortu suo diem pandit,
 occasu noctem reducit: conditusque vel relictus per pla-
 gas mundi, quatuor temporum vices mutat, hinc tempesti-
 ui hymbres & spiritus, aut infœcundi: hinc alimenta nobis
 suppetunt earum rerum, quas accidere Deus his mundi*

partibus voluit. His oppositi sunt torrentium cursus, & humores undarum, emicationesque sylvarum, frugalis maturitas, scetus animalium, educationes atque obitus singulorum. Cum igitur rex omnium & pater, quem tantummodo mentis oculis nostra cogitationes vident, machinam omnem iugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram sideribus & relucentem, speciesque innumeras modo propalam saepe confectas ab uno, ut supra dixi, principio, agitari iubet, simile istud esse bellicis reb. hinc licet arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit milites clangore incens, alius accingitur gladio, alius clypeum capit, ille lorica se induit, hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit: ille equum temperat, frenis & loris iugales ad concordiam copulat, & protinus unusquisque competens capessit officium: velites executione adornant ordines, principes curant, equites ordinibus praesunt, ceteri negocia quae nacti sunt agitant: cum uterea unius ducis imperio cunctus exercitus pareat, quem rex praefecerit, penes quem est summa rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum status regitur, quando uno moderamine contenta omnia, pensum sui operis agnoscunt, turque omnibus occulta, vis nullis oculis obuia, nisi quibus mens sua lucis aciem intendit. Nec tamen hoc vel illi admoliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateantur omnes necesse est. huius opera omnia, quae per hominem praeclara fiunt, prouenire, neque anima ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestorum intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanae vitae praesidium ingenio eius est paratum, cultus agrorum, ususque frugum, artificium, solertia, prouentus artium, commoditas vitae humanae. Quid de legibus dicam? quae ad mansuefaciendos homines inuenta sunt? quid de civilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum non ociosis conuentibus frequentantur, asperitate bello-

bellorum & pacata mitigantur quiete? Nisi fortè iniustus rerum aestimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exuperantissimum, augustissima specie, immortalis cui genitorem, virtutum ipsam virtutè. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi non capiunt aspectum eius, quãdo diuinorum operũ vestigijs sit perspicuus atq; manifestus. Ceterum ea quæ vel cælo accidere oculis aduertimus, ut aerem fieri ex aqua, Dei etiam illa credenda sunt, cuius tutela mundi huius & cura est. de quo Empedocles prudenter his verbis sensit: πάνθ' ὅσα τ' ὄσιν ἰδ' ὄσα τε ἴσα, ὀπίσσω δὲν περὶ τ' ἐλβλάσθησε καὶ ἀνέρες, ἠδὲ ζωῶνας. ἄνθρωποι τε καὶ ὕδατοπρόμιμονες ἰχθύες. Phidiam illum, quoniam si ceterum probum fuisse tradit memoria, vidi ipse in clypeo Minervæ quæ arcibus Atheniensibus præsidet oris similitudinem colligasse, ita ut si quis olim artificum voluisset exinde imaginem separare soluta compage, simulachri totius incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, apta & reuincta sui numinis potestate. Huius locum quarimus, qui neq; infimus est, * & terræ contagionibus, neque tamen medius in aere turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci τὸν ἄνωρον, id est cælum rectè vocant, ut qui sit altitudinis finis. & ydem ea ratione eum nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & nives sustinet, nec pulsatur ventis, nec himbribus caditur. Hæc enim de Olympo, qui est celsitudinis summa, poëta his verbis cecinit:

ἐλυμπος δὲ ἔστι φασὶ θεῶν ἔδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
 ἔμυρα, ἔτε ἀνέμοισι πνέσεται, ἔτε ποτ' ὀμβρῶν
 δόξειται, ἔτε χιῶν ὀπιπίναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
 πέπταται ἀνέφελος, λέει κὴ δὲ ἀναδίδεσθαι ἄγλη.

Hæc opinionem communis mos, & hominum observationes secute affirmant, superiora esse Deo tradita. Næque habitus orantium sic est, ut manibus extensis in cælum precemur:

Romanus etiam poëta sic sensit: *Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes louem. Vnde illa quæ videtur, suntque omnibus præstantiora, easdem sublimitates regionum tenent astra cœlestia, & mundi lumina. ac merito licet illis ordine perpetuo frui, nec diuersis ea in spaciis temporibusve obseruantissimam legem suorum aliquando itinerum metiuntur. Terrena omnia, mutationes & conuersiones, postremò interitus habent. Namque in modicis tremoribus terrarum dissoluisse humum, & interceptas vrbes cum populis, sæpe cognouimus. Audiuimus etiam abruptis himbribus prolutas esse totas regiones. illas enim quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque aduersis fluctibus insulatas: alias desidia maris pedestri accessu peruias factas. Quid, qui ventis & procellis ciuitates euersas esse meminerunt? quid cum incendia de nubib. emicarunt, cum orientis regiones Phaethontis ruina, (ut quidam putant) conflagrata perierunt? In occidentis plagis scaturigines quædam ac proluuiones easdem strages dederunt. sic ex *Ætnæ* verticibus quondam effusis crateribus diuino modo per decliua currentis, vice flammæ flumina cucurrerunt, in quo periculi vertice egregium pietatis meritum fuisse cognouimus. Namque eos qui principio fragoris territi, sensum tamen clementiæ misericordiæque retinebant, & grandævos parentes ereptos volucri clade suis ceruicibus sustinebant. illa flammæ fluentia diuino separata disidio, quasi duo flumina ex vno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti. Inerant boni baiuli, religiosi sarcinis occupati. Postremò quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in vrbe, dux in exercitu, hoc est in mundo Deus: nisi quod cæteris ærumnosum, & multiplex, & curarum innumerabilium videtur esse, hoc ipsum, alicuius officij principem fieri. Deo verò nec tris, nec onerosa est imperij sui cura. Namque nobis circumfert*

cumfert & regit cunctas formas natura, quas diuersis regionib. commouens, ut est lex ciuitatis semel promulgata, perpetuis obseruationū rationib. fixa, ipsa quidē immutabilis, ac eius arbitrio parentum mentes agitantur, nūquē eius & dominatione flectuntur, & scitis eius magistratus, tribunalia, principia, milites frequentabunt, recūperatores iudiciis præsident: decuriones, & quibus est ius dicend. e sententiæ, ad consensum publicū commeabunt, & alius ad minutiā frumentatū venit, & aliis in iudicijs dies dicitur. Reus ita purgandi se necessitate, ut sectandi studio accusatur. Venit ille moriturus, ad supplicij locum ducitur: hic ad conuiuii repotia & vespertinus comessator aduentat. Sunt & publicarū epularum apparatus, & lectisternia Deorū, et dies festi, ludi scenici, ludi que circēses. Dys sacrificatur, genys ministratur: alius libatione profunditur, aliūsq; alio fungitur munere: parētque omnes iussis legū & cōmunis imperij. Vide atq; illā ciuitatē pariter spirātem Pācheis odoribus, & grateolētibus cœnis, & resonātem hymnis, & carminibus & canticis: eandem etiā lamētis & ploratus eius lantē, & ad hunc modū res agi in mūdo estimemus. Lex illa, vel gens, ad equitatis tenorē reducenda sit, nulla indigēs correctionē mutabili. Quippe sicut mūdi vniuersitas regitur, dum speculatur ad omnia rector eius, atq; immutabiliter incūbit, spargiturque vis illa seminibus inclusa per naturas omnium, speciēsque & genera digesta: sic faciles vitium lapsus, & palmarum ardua, persicorū robur, lenitas mali gignitur: sic & que infelicia propter infœcunditatē vocamus, tamē utilia sunt alio pacto. Platani, ut ait poeta, umbras potantibus ministrantes. Acuta pinus, rasiles buxi, odor a laurus, cupressorū odoratius lignum: tandem omnium animalium agrestium & cicurū, pinnatarum & pedestrium aquatilium natura gignitur, nutritur, absumitur, parens cœlestibus institutis πᾶσι τὸ ἐπιτεῖν τὸν γλῶσσοις ἰματις, ut Heraclitus ait. Et cū sit vnus, pluribus nominibus cietur propter specierū

multitudinem, quarum diuersitate sit multiformis, & à iu-
uādis suis Iupiter dicitur: quem Ζεύς Græci, quod vite no-
stra auctor sit, rectissime appellant: fulgurator, & tonitrua-
lis, & fulminator, & iam imbricator, & item dicitur se-
renator, & plures cum frigiferum vocant, multi urbis cu-
stodem, alij hospitalem, amicalēque: & omnium
officiorum nominibus appellantes, & multo plura eius-
modi apud aruspices & Romanos veteres inuenies. Or-
pheus verò hanc effari potestatem volens, his de eo ver-
bis canit:

Ζὸς πρῶτος γῆτε Ζεὺς ὕστατος ἀρχιμέγιστος.
Ζεὺς κεφαλὴ Ζὸς μῦσσα, διὸς δὲ ἐν πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ ἕραν ἄσερόντος.
Ζεὺς ἀπὸ γῆτε Ζεὺς ἀμβροτος ἐπιπτο νύμφη.
Ζεὺς πνοὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου αὐθὸς ὄρμη.
Ζεὺς πόντου εἶσα, Ζεὺς ἡλίου, ἠδὲ σελήνῃ.
Ζεὺς βασιλεὺς ἀρχὸς ἀπάντων, ἀρχικράτωρ,
Παῖτας γὰρ κρύψας αὐτὸς θάος ἐς πολυγῆδες
Ἐξ ἰεῶν κεαδίης ἀειθήρατο μέρμερα ῥίξων,

Iuppiter omnipotens est primus, & vltimus idem.
Iuppiter est caput, & medium, Iouis omnia manus.
Iuppiter est fundamen humi, ac stellantis olympi.
Iuppiter & mas est, & nescia fœmina mortis.
Spiritus est cunctis, validi vis Iupiter ignis.
Et pelagi radix, Sol Luna est Iuppiter ipse.
Omnipotens rex est, rei omnis Iupiter ortus.
Nam simul, occulit, rursum extulit omnia leto,
Corde suo è sacro, consultor lumine, rebus.

Fatū autem, quod Græci εἰρηαυθίω, traditū quodā inuicē
causarū se continentū, volūt dici decretū: idem πεπραυθίω
dicūt, quod omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit
in hoc mundo aliquid interminatū. Idem factum μοῖρα
vocat, quod ex partibus constet. hinc νόμισον, quod uni-
cuiq; attributio sua sit ascriptā, ac pacti eadem rerum
ines-

ineffugibilis necessitas ultionis. Sed tria fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem. Et quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spacia. & quod nondum collo tractum est, subactumque cura digitorum, id futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Hac illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit, ut sit Atropos præteriti temporis fatum: Lachesis à fine cognominata, quod etiam illis quæ futura sunt, finem suum Deus dederit: Clotho præsentis temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat, nec cura solers rebus omnibus desit. Deum verò ire per omnes terras, nõ frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc verba: Deus nanque, inquit, sicut & vera continet ratio, principia, fines, & media rerum omnium penetrat, atque illustrando cursu volucris superfertur. Eundem deum ultrix necessitas semper & ubique comitatur, eorũ qui à sacra lege discesserint, Vindex futura: quam faciet ille mitificam, qui statim à tenero & ipsis incunabulis intellexit, & extimuit ei que se totum dedit atque permisit.

L. APVLEII PLATONICI DE
MEDICAMINIBVS HER-
barum Liber.

L. APVLEIVS PLATONICVS
MADAVRENSIS CIVIBVS
suis Salutem.

EX pluribus paucas herbarum vires, & curationes corporis ad fidẽ veritatis monumentis publicis tradidi, & succinctius constrinxi, ob stupiditatem verbosam professionis. Et dicemus, medicorum omnes ferme res vèdicationes potius esse quàm curas. Hos etiam homines inertia ple-

runque & imperitia enixos, certè lucripetas veros nuncupari, qui etiam à mortuis mercedes expetunt per occasionem, & faciunt reditus dum tempus curationum extrahunt, puto quia fauiores ipsis morbis existunt. Proponamus ergo remediolorum titulos, quos vel nunc maxime tempus conducit, ut ciuibus meis, sociis quidem & peregrinis, quibus vexatio acciderit aliqua corporalis, nostra literata scientia, inuis etiam medicis, profuisse videatur.

NOMINA ET VIRTUTES

HERBÆ ARNOGLOS-

SÆ, Cap. I.



RÆC I Arnoglosson, iudem arnion, ydem probation, ydem cynoglosson, ydem heptapleuron, ydem heptaneuron, ydem polyneuron: ydem thyrision: Propheta verò vran ichneumonos, Egypty aschat, Galli tarbidolopion: Hispani thesarican, Daci sinpeax, Punici artiereon vocant: Latini plantaginem latam, ydem plantaginem maiorem, ydem septeneruam. Nascitur paludibus plurimum, & pratis. Arnoglossa, que & heptapleuros, nomen sumpsit à similitudine agnina lingua. Nam Græci ἀρνίον agnum vocant, γλίσσων linguam. Rursum, quod sope adnata habeat germina in longitudine septem lateribus similia, Græci heptapleuron vocauerunt. Sed sunt eius species due. Nam que heptapleuros appellatur, est maior forma, & foliis ornatoribus, & latioribus, & nervosis. Nascitur in vallibus atque hortis, necnon & paludibus plurimum, & in pratis. Estque magis constrictiva. Alia verò minor atque nigrior, lenior & tenuior, nascitur in chartarijs locis, sed in usum variè adhibetur.

Cura I Ad capitis dolorem.

Herbæ plantaginis radix in collo suspensa, capitis dolorem mirificè tollit.

2 Ad ventris dolorem.

Herbae plantaginis succus tepesfactus, fomentando ventris dolorem tollit. Et si tumores fuerint, tusa herba, & imposita, tollit tumorem.

3 Ad interiorum dolorem.

Herbae plantaginis succus potui datus, & interiora sanat, & thoracem hominis purgat mirifice.

4 Ad dysentericos.

Herbae plantaginis folia minutatim concisa cum lentivula decoques, & dabis ut comedat, statim stringet ventrem.

5 Ad eum, qui parulenta excreat cum sanguine.

Herbae plantaginis succum dabis bibere, & sanabitur.

6 Ad vulnera.

Herbae plantaginis semen tustum, & in puluerem redactum, & in vulnera aspersum, sanabit ipsa vulnera. Et loca ea quae à nimio calore vruntur, ipsa tusa & imposita refrigerat & persanat.

7 Ad morsum serpentis.

Herba plantago trita ex vino sumpta, commodo erit.

8 Ad scorpionis ictum.

Plantaginis radix alligata, mirè prodesse creditur.

9 Ad ventrem stringendum.

Herba plantago ex aceto cocta, vel mero, bibatur mensura cyathi vini.

10 Ad lumbricos.

Herbam plantaginis contundes, & succi eius cochlearium vel ligulam dabis bibere. Ipsam quoque herbam tusam umbilico imposito.

II Si qua duritia fuerit in corpore.

Herba plantago pisata cum axungia, sine sale, & factum quasi malagma, imponis id duritia, & discutit.

12 Ad quartanas.

Herbe plantaginis succum in aqua malsa ante duas horas accessionis potui dato, & miraberis effectum.

13 Ad podagram, & omnium neruorum dolorem & tumorem.

Herbe plantaginis folia contusa vel pisata cum modico sale, & imposita optimè facere certum est.

14 Ad tertianas.

Herbe plantaginis radices tres conterito, & sub accessionem cum vino aut aqua calida ieiuno da, bibat.

15 Ad secundas.

Plantaginis semen contritum, & potui datum, prodesse creditur.

16 Ad vulnera recentia.

Herbam plantaginis contritam cum axungia vetere sine sale impones: mirificè sanabis.

17 Si cui pedes tument ex itinere.

Plantago contusa cum aceto, imposita tumorem tollit.

18 Si cui vlcus fecus oculum vel nares natū fuerit.

Herbe plantaginis contuse succo expresso lanam mollem madefactam imponat per dies nouem, & sanus fiet.

19 Ad dysentericos vel torminosos.

*Herbe plantaginis semen tritum pro * polenta in vino calido da, bibat, & sanus efficietur.*

20 Ad parotidas.

Plantago cum axungia vetere pisata, & imposita, sanat.

21 Ad vlcera oris.

Herbe plantaginis succum in ore detineat, vel folia eius cocta, & radix eius in ore commanducetur.

22 Ad fistulas sanandas.

Herbe plantaginis succum è folijs tollas, infundatur fistulis, & immittatur, facilimè medetur eisdem.

23 Ad morsum rabidi canis.

Herba

Herba plantago contusa, & imposta, facillimè sanat.

24

Ad omnes vesicæ difficultates.

Herbæ plantaginis folia vel radices potatae ex passo, fortiter medentur.

DE PENTAPHYLLO. Cap. 2.

Græci pentaphyllon, aly pentapetes, aly pentagonon, aly pentadactylon, aly pentatomon, aly pseudoselinon, aly callipetalon, aly xylolothon, aly asphaltion, aly pentanon, aly thymiatitin: Prophete ibyos onycha, aly pteron ibyos, aly hermu dactylon, aly hermubotanen, Ægyptij orphitebeocen, aly themonestron, aly ethotron, Galli pompedulon, Daci propedula, aly drocila, Itali quinquefolium, aly manum Martis. Nascitur locis pratensibus & cultis, ac in undis, gustu aspero, tactu molli, ramis longitudine bipalmis, tenuibus, in quibus semina, & folia quæ mentham referunt, singulis sæpius quina, serratim scissa, flore pallido, radice longa & rubra. Leges eam mense Augusto.

1 Ad vitia artuum si percussi fuerint.

Herba quinquefolium tusa cum axungia vetere, sine sale, & imposta sanabit.

2 Ad ventris dolorem.

Quinquefolij succum dabis bibere cochlearia duos sine mora dolorem tollit.

3 Ad vitia oris, linguæ & gutturis.

Herba quinquefolium cum radice sua decocta in aqua, & ore detenta, mirificè sanat: etiã ubi sumes, tolles, & arteria purgat.

4 Ad capitis dolorem.

Herba quinquefolium circumscripita ter, & digito medio & pollice sublata, contrita & capiti illita, efficaciter sanat: peracto remedio, loco puro reponi conuenit.

- 5 Ad sanguinem de naribus fluentem.
Herba quinquifolium potata, vel illita, restringit mire.
- 6 Ad anginam remedium.
Herba quinquifolij succus cyathis tribus potui datur.
- 7 Ad morsum serpentis.
Herba quinquifolium contrita, potui si datur cum vino, mire remediatur.
- 8 Ad ambulatum.
Herbam quinquifolium potatam prodesse, auctores plures affirmant.
- 9 Ad cancrum exsiccandum.
Herbam quinquifolium cum vino & cum adipe suilla vetere, sine sale pisata de ligno in lignum, vino sanè veteri asperges, & sic impones: rem unicam experieris.
- 10 Ad herpes, & chceradas, & omnes duritias.
Herba quinquifolium aceto decocta, & trita, & corpori imposita, herpes, & chceradas, & omnes duricias mirifice sanat.
- II Ad pedum dolorem.
Herba quinquifolium trita & cum oleo mixta pedes perunges: tertio die tollit pedum dolorem.

DE HIERABOTANE. Cap. 3.

Graci Hierabotanens, ydē peristereona hyption, ydē dipelacaten, ydē pachromon, ydem colletin, ydē aristereon, ydem cyparisson, ydem demetria, Asclepios alcean, Egyptij pemphthemphtha, Propheta erysiceptron, alij heras dacryon, Latini verbenaca, ydem licina, iudem lustraginem, iudem columbinā supinā, iudem militarem, iudem verpedium, iudem crista gallinacā. Graci rursum trigonion, iudem chamalygon, iudem sideritin, iudem curitin, iudem persephonion. Nascitur ubique in planis & aquosis locis, folijs subalbidis & velut incisus, radice simplici atque thyrso, virtute redarguēti, quā stipticen vocat, & qua vulnera congluit.

conglutinet, atque putredines abstergat. Est autem columbis esca iucunda.

1 Ad strumas.

Herba verbenaca radix in collo ligata, summè proficit.

2 Ad vlcera & parotidas.

Verbenaca tusa & imposita mirificè sanat.

3 Ad eos, qui induratas venas habent, & cibos non recipiunt.

Herba verbenacæ succum mixtum cum vino, melle & aqua, & postea coctum, des bibere, & statim sanat.

33 Ad hepatis dolorem.

Herba verbenaca solstitio lecta, & in puluerem redacta, & potui sumpta, mirè proficere creditur: robusto autè cochlearia quinque ex vino quàm optimo cyathis tribus, & ceteris pro cuiusque viribus sic dabis.

5 Ad calculosos.

Herba verbenaca radix contusa, ex mulso optimo tepido data, incredibiliter calculosis succurrit: nec solum ipsis calculosis, sed & quicquid est quod urinam impedit, celeriter educit.

6 Ad capitis dolorem.

Herba verbenacæ corona facta, & capiti imposita, dolorem capitis tollit.

7 Ad serpentium morsus.

Herbam verbenacam cum folijs suis & radicibus quisquis offultam cinctamque secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

8 Ad morsum araneorum, quos Græci phalangia vocant.

Herba verbenacæ ramulos ex vino decoquito, & conterito, deinde quod acceterit plaga imponito, & adaperiet: postea crudam contritam cum melle in vlcus audacter insertam, maturè ad sanitatem perducere certus autor adfirmat.

9 Ad morsum rabidi canis, & hydrophobon.

Herbam verbenacā in vulnus apponito, tritici quoque grana integra indito vulneri, donec humore remollita expleant. Iam tumida, projicito illa galline. Si non appetit, simili modo alia grana projicito. Si sic esse cæperit, periculi sublatis signum erit.

10 Ad vulnera recentia.

Herba verbenaca, contrita cum butyro, vulneri imponatur.

11 Ad morsum serpentis.

Herba verbenace ramuli ex vino decocti & contriti, sicca erit plaga cū tumore, impositi adaperiunt primum, exulcerant deinde, postea crudi cum melle contriti & ulceri inserti donec ad sanitatem, quod celeriter fit, perducant, imponuntur.

12 Ad ictericos.

Herba verbenace dragma una, & nardi oboli tres, lacte cruda foliorum expressus succus, & paululum myrrha contrite ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.

DE SYMPHONIACA, HYOSCYAMOVE. Cap. 4.

Græcis Hyoscyamos dicitur & dioscyamos, alij adamanten, alij pytonion, alij * adamenon, alij hyponoticon, alij emmanes, alij auginon, alij dithyrambion appellant: Pythagoras, Propheta, Osthanes * xylechion, Zorooster pyphonion, Latini insanam vocant: aliqui Apollinarem, alij alterculum, alij symphoniacam, alij calicularem, alij dentariam appellant, Punici gingan, Egyptij saptho, Phryges remenia, Thusci fabuloniā, Galli belinunciam, Dæci dielian, Propheta Egyptij ligeam. Thyrsus est fruticoso, multirami, foliis nigris, scissis, hirtis; balanogenerans;

rans, ut est mali Punici ampullaceum appellatum, obstru-
 sos quidem scutulis & semine plenos, paulò longiori pa-
 pauere. Sed sunt differentie eius tres. Nam altera flo-
 re purpureo ac semine nigro, altera flore nigro, & semine
 fuluo: sed utraque sumentes in furiam mittit, appellatá-
 que inde est maniopæos. Tertia semine atque flore albo.
 Nascitur locis incultis & sabulosis, vel hortis, & littori-
 bus, ruderibusque. Eius succus similis est meconi her-
 bæ. Medetur ergo hyoscyamos candidior, & has habet
 virtutes.

1 Ad aurium dolorem.

Herbæ syphoniaca succus tepesfactus cum oleo rosaceo,
 & in aurem instillatus, aurium dolorem mirificè tollit: & si
 vermes fuerint, necat eos.

2 Ad omnem tumorem.

Herbæ syphoniaca cum stercore ouillo, & modico aceto,
 factum quasi malagma, imposta tumorem tollit.

3 Ad dentium dolorem.

Herbæ symphoniaca radix cocta in vino austero, & da-
 ta ex eadem coctione sorbitio, ita ut eam intra dentes qui
 dolent teneat, mox sanat dentium dolorem.

4 Ad inguinum dolorem.

Herbæ symphoniaca radix alligata femori, & dolorem
 & tumorem tollit.

5 Ad pedum dolorem.

Herbæ symphoniaca alligata pedum dolorem tollit, &
 tusa omnis cum sua radice, & super pedes imposta, mirifi-
 cè tumorem tollit, & dolorem pedum aufert.

6 Ad iocinoris & pulmonis dolores.

Herbæ symphoniace succum da bibere, cum summa ad-
 miratione sanabit.

7 Ad muliebris pectinis dolorem.

Herbæ symphoniace succum mixtū cum croco dabis in

portionem, & miraberis effectum.

DE VIPERINA. Cap. 5.

Græci Helenion, ydem echidnion, ydem iherior rhizon. Latini inulam, ydem viperinam & serpentariam, ydem radicem Macedonicam nominant. Nascitur secus flumina vel segetes, folijs mollibus, gustu aspero. Leges eam mense Aprili.

I Ad viperarum morsus.

Herba viperina trita, cum vino potui data, mirifice morsus vipera sanat, & venenum discutit.

DE ACORO. Cap. 6.

A Græcis dicitur Acoros, choros, aphrodisias, Gallis piper apium, Italis venerea, radix nauica, & singentiana et unguentiana. Nascitur locis cultis, & hortis ac pratis. Leges eam mense Augusto.

I Ne apes examinent & effugiant.

Herbam acorum in vase apium suspensam habeto, apes nunquam effugient. Hæc sanè herba raro inuenitur: nec eam scire poteris, nisi cum flosculum emisserit.

2 Ad difficultatem urinæ, si quis facere non poterit, & stranguriam vesicæ habuerit.

Herba acori radicem cum aqua decoctam ad tertias, dabis bibere per triduum: urinam mirifice deducit, & stranguriam sanat.

DE LEONTOPODIO. Cap. 7.

Græci Leontopodion dicunt, ydem leontopetalon, prapedilon, theribethron, lychnida agrian, lathyron, leuceoron, orobethron, prapedion, leontospermon, Etopon, platyphyllō, Dardanus cacalian. Punico gudubbal, Latini flammulam vocant Veneris, ydem brumariam, papauer culum & pedem leoninum. Nascitur saepe cum tritico, thyrsis bipalmis, furcosis, in quibus veluti canne bins vel trina semen continentes, folijs coliculi agrestis similibus, radice nigra,

rapa

rapæ simili. Nascitur etiam in campis, & circa fossas & arundineta.

I Si quis deuotatus defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resoluas.

Herba pedis leonis frutices numero septem sine radicibus decoque cum aqua: Luna decrescente, lauato eum, & te ipsum qui facis, ante limen extra domum prima nocte, & herbam incende aristolochiam, & suffumigato eum, & redito ad domum, & ne post vos respiciatis, resoluit eum.

DE SCELERATA. Cap. 8.

Græci Batrachion, aliqui gelotophyen, alij mileon, alij coriannon, alij corion, alii staetycen, alii causticen, alii clonnon, alii rhuselinon, alii catastaetycen, alii hephæstion, alii lycopnon, alii selinon agrion, alii selinon hydation. Aegyptii synechon, iidem carcadana, iidem nexnecon, Latini apium rusticum, iidem apium rufus, iidem herbam sceleratam, iidem apiastellum, iidem dentariam, iidem auriconum. Nascitur locis humidis & aquosis. Si quis homo eam gustauerit, ridendo exanimatur: est enim caustica. Sunt eius species quatuor, quarum altera cum foliis pinguibus atque crassis & latis, colore alia subalbido, alia velut nigro, cum flore simili vel purpureo, thyrso cubitali, minime robusto: radice alba cum adnatis germinibus, vel erumpentibus tanquam in helleboro. Nascitur autem in stagnosis vel umbrosis locis. Secunda est longioris thyrsi, & foliis hirtis cum incisuris, gustu acerrimis. Nascitur sepe in Sardinia. Tertia est breuissima, tetri odoris, atque incendiosa cum floribus aurosis. Quarta est cum floribus lacteis.

I Ad vlcera Chironia.

Herbam sceleratam tusam cum axungia sine sale impones vulneri, excomedet putredinem, & si qua fuerit sordes, expurgat: sed non diutius patiaris quam necesse est, ne & corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri vo-

lueris, tunde eam, & super manum sanam impone & alligato, statim rodit corpus.

2 Ad strumas & furunculos & apostemata, vt sine ferro aperiantur.

Herbam sceleratam tusam & subactam cum fimo porcino impone strumis, furunculis & apostematibus: intra paucas horas discutit, & pus eicit. Lege eam omni tempore.

DE BATRACHIO. Cap. 9.

Nascitur locis sabulosis & campestribus, aquosisque. Radix eius verticillo est similis, radículas paruas & tenuissimas habens, flore auroso. Punici atque Licurur appellat. Virtutes porro has possidet.

1 Ad lunaticos, qui cursum Lunæ patiuntur.

Herba batrachion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro luna decrescente, cum erit signum tauri vel scorpionis parte prima, mox sanabitur.

2 Ad nigras cicatrices.

Herbam batrachion tusam cum sua radice, mixto aceto, impones his qui habent cicatrices nigras: excedit eas, & similem corpori reliquo reddit colorem.

DE ARTEMISIA. Cap. 10.

A Græcis dicitur toxotis, aliis ephesias, aliis charistelochia, aliis lysas, aliis parthenion, aliis hypolyfos, aliis anactorion, aliis sozusa, aliis leucopis, Prophetæ hema anthropu, alij onicanthen, alij chrysanchemon, alij Zathesien, alij theonisin, alij busbastheoscardian, alij ost antropu, alij hema cronu, alij gonos hephestu, alij phylacterion, alij lachanon basilicon, Ægyptij anesen, alij neiasar, Pythagoras pexasin. & toxobolon, Galli ponen, alij titumen, Daci Zyred, alij Zonusten, Itali Sirium, alij serpillum maius, alij valentinam, alij artemisiam, non pauci per se pollentem. Nascitur locis lapidosis & sabulosis. His virtutibus prædita est.

1 Ad iter faciendum.

Herbam artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem. Fugat & demonia in domo posita, & prohibet mala medicamenta, & auertit oculos malorum hominum.

2 Ad pedum dolorem.

Herba artemisia monoclonos tusa cum axungia, & imposita, pedum dolorem tollit.

3 Ad dolorem intestinorum.

Herba artemisia pisata, & in puluerem redacta, cum aqua mulsa potui data, intestinorum dolorem sedat.

DE ARTEMISIA TRAGANTHIS. Cap. II.

1 Ad velicæ dolorem, & stranguriam.

Herba artemisie traganthis succum ex vino uncis duabus dato, febricitanti ex aqua calida cyathis duobus potui dabis.

2 Ad coxarum dolorem.

Herbam artemisiam traganthem tundes cum axungia, & aceto bene subiges, & impones, & alligabis, tertia die sanabit.

3 Ad neruorum dolorem & tumorem.

Herbã artemisiam traganthem tusam & oleo bene subactam impone, mirificè sanabit.

4 His qui in pedib. grauiter dolent.

Artemisia traganthis radicem ex melle dabis manducare, & ita citò purgabitur, vt vix credi possit tantam virtutem eam habere.

5 Si quis in febris laborat.

Artemisia traganthis succus cum oleo rosaceo inunctus febres tollit. Hanc herbam si confricaueris, laseris optimi odorem habet.

DE ARTEMISIA LEPTAPHYLLO. Cap. 12.

Nascitur circa fossas & sepes vel aggeres, & in agris frumentariis. Flosculum eius vel folia si contriueris, sampsychi odorem habent.

1 Ad stomachi dolorem.

Herbam artemisiam leptaphyllon tusam, & cum oleo amygdalino bene subactam more malagmatis induces panno mundo, & impones stomacho, quinta die sanabitur. Et si fuerit eiusdem artemisie radix super limen edificij suspensa, domui illi nemo nocebit.

2 Ad neruorum dolorem atque tremorem.

Herba artemisia leptaphylli contrita succo expresso, & mixto cum oleo rosaceo, si perunges eos, desinet tremor, & omne vitium tolletur.

Has tres artemisias Diana dicitur inuenisse, & virtutes earum & medicinam Chironi centauro tradidisse, qui primus de eis herbis medicinam instituit. Has autem herbas ex nomine Diana, quæ ἄρtemις Græcè dicitur, artemisias nuncupauit.

DE LAPATHO. Cap. 13.

Lapathon, Romani dicunt rumicem. Nascitur locis sabulosis & aggeribus, vel aquosis, vel hortis, & circa fossas.

1 Ad paniculam quæ in inguine nascitur.

Herbam lapathon contundes cum axungia vetere sine sale, sic ut axungia dupla sit ad herbam, & his bene commixtis facies exinde velut rotundulam, & inuolues in folio coliculi, & mittes eam sub cinerem calidum: & cum caluerit, tunc impones super paniculam, & panno ligabis lineo. Hoc enim eximium est, & valde optimum.

2 Ad apostema.

Herbam lapathon tusam cum axungia, & factam quasi malagma, induces in linteolo mundo, & impones super apostema: mirificè aut spargit, aut facit collectionem, & aperit vlcus.

DE DRACONTEA. Cap. 14.

Græcis

Græcis dicitur Dracontea, aliis pythion, aliis asclepias, aliis anchomanes, aliis sanchromaton, quibusdam * a-phrissæ, aliquibus therion, nonnullis schænos, item dorca-dion: Propheta typhonion vocant, alij crocodillion Ostanes, Zoroaster theriophonon. Ægyptij eminion: Romani dra-conteam dicunt, et colubrinam. De draconis sanguine nata esse fertur, unde dracontea vocatur. Nascitur in montibus summis, ubi sunt luci, maximè locis sanctis: terra Apulia super saxis, tactu molli, gustu * mordaci: radix eius ima, similitudinem capitis draconis habet.

1. Ad omnium serpentium morsus,
& aspidum.

Herba dracontea radix ex vino trita, tepesacta, potui data, venenum omne discutit.

2. Ad ossa fracta in corpore.

Herba dracontea radix cum axungia facta quasi ma-lagma, & imposta, mox ossa fracta de corpore educit, & lapides extrahit. Leges eam mense Iunio, vel Iulio.

DE SATYRIO. Cap. 15.

Græcis dicitur Satyrion, aliis cynosorchis, alij entaticos, erythron, panion, serapion, alys orchis: Ægyptij menem, Galli uram, Itali priapiscion, alij orminalem, alij testiculum leporinum nominant. Nascitur in montibus, locis solidis & cultis, in pratis item & locis maritimis. Lege eam mense Iunio, vel Iulio.

1. Ad vlcera difficilia, & cicatri-
ces nigras.

Herba priapisci radix tusa & imposta, vlcera expur-gat, & cicatrices curat.

2. Ad lippitudinem oculorum.

Herba priapisci succo cum melle optimo oculos innunges, & lippitudines & dolores tollet sine mora.

3. Si quis ad mulierem non poterit affe-
ctari obligatus.

*Herba priapisci radicem, id est testiculum dextrū, qui maior est, teres cum piperis albi granis quadraginta septē, ut in se habeat semunciam cum herba supra scripta, & mellis uncias * quatuor, & in vino optimo medicamentum solues, & pondo scrupulorum nouem per triduum sumes, ad mulierem affectaberis continuo.*

DE GENTIANA. Cap. 16.

*Græci Gentianam dicunt, idem aloën gallicam, alij narcem, alij chironion, alij basilicam, Dardanus aloiren, Itali Gentianam, alij cyminalem. Nascitur gemellis montibus, & locis umbrosis. Hæc herba ad omnia antidota facit, ta-
tu molli, gustu amaro, * scapo solido. Virtutes habet.*

I Ad serpentium morsus.

Herba Gentianæ radicem siccam, & in puluerem redactam, pondo drachmæ unius dabis in vini cyathis tribus potui, validissime proderit.

2 Ad aures malas.

Herba Gentianæ si dederis, ut supra, potum, miraberis virtutem eius.

DE CYCLAMINE. Cap. 17.

Græcis quibusdam dicitur cyclaminos, aliis cissaron, aliis cissanthemom, aliis cissophyllon, aliis chelonion, Zoroaster chelona symplates, Osthanes asp̄ho, Prophete miasp̄ho, Egyptij titothos, Itali orbicularē, alij palalam, alij rapum terræ, alij rapum porcinum, alij terræ malum vocant, siue panem porcinum, Syri elardia. Nascitur locis incultis, aut montuosis.

I Ad caput deplendum.

Herba orbicularis succum cum vino, aut aceto optimo naribus infundes, mirabiliter sanabit.

2 Ad aluum concitandam.

Herba orbicularis in collyrium facta, & iniecta, catharticum est.

3 Ad splenis dolorem.

Herba obicularis succi cyathum unum, & aceti optimi cochlearia quinque, diebus continuis nouem potui dabis, miraberis effectum bonum. Item radix eius in collo suspensa, ita ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur. Nam & cyclamini succo si quis anum tetigerit, mira celeritate alui solutionem experietur. Lege eam omni tempore.

DE PROSERPINACA, POLY-
GONÓVE. Cap. 18.

Polygonon, alij cynochalex, alij polygonaton, aliqui asphaltion, alij chiliophylon, alij polycarpon, alij carcinethron, alij clinopodiontes, alij myrtoperalon, alij heraclian, aliqui pedalion vocant, Ægyptij thephin, alij stemphin, Prophetæ gonon heroes, aliqui onycha myos, Itali sanguinariam, alij proserpinacam, alij scorpionacā, alij statumariam, & quidam misereniium. Nascitur ubique locis cultis, & aggeribus. Legito eam æstiuo tempore.

1 Ad eos qui sanguinem reiiciunt.

Herba proserpinaca succum, cum vino optimo austero sine fumo tepesactum, ieiuno dabis bibere per dies nouem, miram rem experieris.

2 Ad lateris dolorem.

Herba proserpinacæ succo cum oleo rosaceo sæpius perunges, dolorem tollit.

3 Ad mamillarum dolorem, quæ lacte habent, & tumorem.

Herba proserpinaca tusa, cum butyro subacta, & mamillis imposita quæ dolorem & tumorem habent, dolorem & tumorem perfectissimè tollit: ita tamen, ut usque in tertium diem medicamentum ponas.

4 Ad oculorum dolorem.

Herba proserpinaca, si vadis ad eā ante Solis ortum, & circumscribis eam cum annulo aureo & dicis, Tollo te

cum annulo aureo remedium oculis: deinde post triduum, ante Solis ortum sublatam, circumdabis collo, diligenter proficiet.

5 Ad aurium dolorem.

Herbæ proserpinacæ succus tepesfactus, & in aurem stillatus, mirifice dolorem tollit. Nos ipsi experti sumus. Tamque potenter proficit, ut & ulcera quoque aurium sanet.

6 Ad dysentericos.

Herbæ proserpinacæ succum cum aqua calida potui dabis, quantum tibi videbitur: sanabitur.

7 Ad quartanas.

Herbæ proserpinacæ succum cum piperis grani septem aut nouem sub accessione dabis bibere. Lege eã die Iouis, Luna decrescente.

DE ARISTOLOCHIA. Cap. 19.

Græcis dicitur aristolochia, aliis adrarhyza, aliis melo-carpon, aliis ephesia, aliis clematitis, aliis pyxionos, aliis dardanos, aliis iotitis, aliis tocites, aliis teuxinos, aliis chamemelon, aliis opetis. Ægyptij * sopoep, Itali terra malit, Daci absinthium rusticum, * alijs scardian. Nascitur locis montuosis, solidis, calidis & cultis.

1 Ad vim veneni.

Herbam aristolochiam pisatã cum mero potui dabis, vim veneni vincit.

2 Ad febres acerrimas.

Herba aristolochia sicca suffumigabis febricitantem, & hilariorem eum facies. Fugat & demonia.

3 Ad fistulas.

Herbæ aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perducit. Medici quoque sine ea nihil feliciter curare possunt.

4 Frigore exustis.

Herba aristolochia ex oleo usque ad calefactionem vim habet,

habet, cum axungia porcina.

5 Contra serpentium morsus, & hominum.

*Aristolochie radicem pondere denarij vnius in vini he-
mina sepius bibat, discutit venena.*

6 Si infans contristatus fuerit.

*Herba aristolochia suffumigabis infantem, hilarem fa-
cit, & conualescit infans, fugato demonio.*

7 Ad canceromata que in naribus nascuntur.

*Herba aristolochia cum cypero & dracontea semine tri-
ta, & cum melle imposita, emendat.*

DE NASTURCIO. Cap. 20.

*Græci Cardamon, alij cynocardamon, alij iberin, alij car-
daminam, Ægyptij semeth, Itali nasturcium. Lege eam
mense Martio.*

1 Ad caput deplendum.

*Herbe nasturcij succum naribus iniicies, caput deplet,
& de phlegmate purgat. Hoc nasturcium non feritur, sed
per se nascitur circa ima parietum.*

2 Ad capitis vitia, porrigines & furfures.

*Herbe nasturcij semen tritum, & cum adipe anserino
mixtum, albitionem furfuris de capite eijciet.*

3 Ad cruditatem.

*Herbam nasturcium & pulegium ex aqua decoctum bi-
bere dato, emendabit & discutiet cruditatem.*

4 Ad strumas.

*Herbam nasturcium cum lomento tritam super strumas
impones, superposito folio oleris.*

5 Ad furunculos sanandos.

*Herbam nasturcium cum fermento imposito, concoquit
& sanat.*

DE HIERIBVLBO. Cap. 21.

*Nascitur ubique circa sepes, & locis quibuslibet sordi-
dis. Et has habet virtutes.*

1 Ad articulorum dolorem.

Herba hieribulbi accipito uncias sex, seui caprini tantundem, olei cyprini libram & uncias duas, in se pisatis & commixtis uteris, dolorem articularum tollit.

2

Si mulier habuerit lentiginem in facie. Herba hieribulbi radice cum lomento lupinaceo commixta, mulier si faciem lauerit, lentigines statim purgat.

DE APOLLINARI. Cap. 22.

Græci Dercean, alij strychnon manicon, alij dorycnion, alij cacabon, Itali apollinarem, alij baccinam, Daci colida. Apollo hanc herbam fertur inuenisse, & Asclepio dedisse, & Apollinaris nomen imposuisse.

Ad vulnera Chironia, & araneorum morsum.

Herbam apollinarem cum axungio vetere, sine sale, libra una teres: & vinum vetus cyatho uno, sine fumo simul commisces, & facies quasi malagma, & vulnere impones, sanabitur mirifice.

DE CHAMAEMELO. Cap. 23.

Græci quidam chamamelon, alij parthenion, alij diacolean, alij chrysoalin, alij trochiscion heliacon, alij aperiton, alij nymphæon, alij hieranthemin vocant, Itali bene olen-tem, alij superbam, alij auliticam, Egyptij thaborin, Galli oualidiam, Campani amalociam, Tusci apianam, Daci amalustam. Has verò habet virtutes.

I

Ad oculorum vitia atque dolores.

Herbã chamamelon si quis ante Solis ortũ carpserit, & dicat, Ad albuginem oculorũ te carpo ut subuenias, & eam alligatam secũ gestet, inuat. Lege eam mense Aprili.

DE CHAMAEDRY. Cap. 24.

A Græcis chamædry, alij drys, alij drysites, alij teu- crion, alij chamærops, Itali trixaginem appellauerunt. Nas- citur locis montuosis, petrosis & solidis. Lege eam mense Augusto.

I

Ad ruptos.

Herba

Herba chamedrys contusa de ligno in lignum, adiecto vino, & potui data, cum mira celeritate sanat.

2 Ad ischiam.

*Herba trixago feruefacta, ac triduo potui data, ischia-
ticum mirifice sanat.*

3 Ad serpentium morsus.

*Herba chamedrys in puluerem mollissimum redacta, in
vino veteri potui data, venena vehementer discutit.*

4 Ad podagram.

*Herba chamedrys si in puluerem mollissimum redacta est,
cum aqua calida potui data, mirifice paregoriam praestat.*

DE CHAMAELONE. Cap. 25.

*Chameleonem quidam Graecorum nominant, alij cro-
codilion, alij dipsacon, alij enocardion, alij cneoron, alij
meletam, Propheta aphrodites lutron, alij calycen car-
diocon, Aegyptij semmeor, Itali labrum Veneris, alij
cinarum rusticam, alij statoron, alij morariam, Hispani
analentidium, Daci sciaren, Aegyptij gerbaste, alij
sapho.*

1 Ad hepaticos.

Herba chamaeleonis succus potui datus cum vino febricitanti cum aqua calida, mire proficit.

2 Si quis venenum sumpserit.

*Herba chamaeleon in puluerem redacta & in vino da-
ta, discutit venenum.*

3 Ad hydroxicos.

*Herba chamaeleon, & chamedaphne, & chamedrys, &
chamapitys, aequali pondere iusa, & quam mollissime
cribrata, si in potione vini mixti, iuuenibus cochlearia
quinque, viris cochlearia nouem, item minoribus puellis
& mulieribus cochlearia tria, puerulis cochlearium unum
dederis, mirifice aquam omnem de corpore per urinam
digerit.*

DE CHAMAPITY. Cap. 26.

O ij

Græci chamæpityn, alij oroZelon, alij holocyrtion, alij
brion agrion, alij sideritin vocant, Prophetæ hema athe-
nas, Itali abigam, alij cypressum nigram, alij rapam, alij spi-
culam, alij mammalem, Egypty nemenessa, Daci doche-
la. Et habet quidem vires.

I Ad vulnera.

Si recens fuerit vulnus, herbam chamæpityn contusam
vulneri impones: si autem vetus & altius est vulnus, suc-
cum eius vel puluerem in vulnus mittes, miraberis bonum
effectum.

2 Ad strophii dolorem.

Herba chamæpitys contrita, & potui data, strophii do-
lorem tollit.

DE CHAMÆDAPHNE. Cap. 27.

Chamædaphne à Græcis quibusdã daphnites, aliquibus
verò daphne, aliis hydragogos, seu caragogos dicitur, Itali
mustellaginem dicunt, alij lactilaginem & lauraginem,
Galli engubim, vsiben.

I Ad aluum concitandam.

Herba chamædaphne in puluerem redacta mollissimã,
& in aqua calida potui data, aluum concitat.

DE OSTRIAGINE. Cap. 28.

Nascitur ostriago circa monumenta, aut in monumen-
tis, aut parietibus qui sunt circa montium radices.

I Ad ea quæ in homine nascuntur.

Herba ostriago tusa & imposita, omnes res quæ in corpo-
re nascuntur, persanat. Hanc herbã si volueris euellere, mu-
dus ante Solis ortum facies. Leges eam mense Iulio.

DE BRITANNICA. Cap. 26.

Græcis dicitur britannica & damasorios, Itali britanni-
cam, alij betam plantaginis, alij bibonem vocant.

I Ad vitia quæ in ore nascuntur.

Herba britannica sumpta viridis *vt lactuca san. ut. Et
per se trita & expressæ succus in ore si cõtineatur, nec ali-
quid

quid ex eo deglutiatur, æquè proficit.

2 Ad oscedinem.

Herba britannica sumpta viridis oscedinem tollit: vel si viridem non habueris, etiam arida contusa cum vino ad mellis crassitudinem eodem modo sumpta, eundem effectum habet.

3 Ad dentium dolorem, & si laxi fuerint dentes.

Herba britannica mira quadam potentia succurrit. Reponendus autem est in hyemem succus, vel pulvis eius: non enim semper apparet. Succum verò eius seruabis in vase argenteo, & calefacito, & puluerem quoque reposito: nam ad eosdem usus cum vino sumptus, æquè efficaciter prodest.

4 Ad paralyfim.

Herbam britannicā viridem, cum sua radice contusam, ex vini meri optimi cyathis duobus vel tribus potui sumptam, mirificè proficere dicimus.

5 Ad aluum concitandam.

Herba britannica succum pro viribus cuiusque potui dabis: per se purgat ventrem, sine periculo.

6 Ad splenem.

Herba britannica viridis cum radicibus contusa in vini meri optimi cyathis duobus vel tribus, mirè proficere creditur.

7 Ad anginam, quam Græci synanchen vocant.

Herba britannice flos ante quam tonitruum audiatur collectus, qui eo usus fuerit, per totum annum anginam non experietur.

DE LACTUCA SYLVATICA. Cap. 30.

Græcis thridax agria dicitur, alij hieracion, alij* aspidelon, aliquibus picris, Ægyptijs iobonfos, Italicis lactuca syluatica. Nascitur locis cultis & sabulosis.

I Ad oculorum caliginem.

Dicunt aquilam quum in altum volare voluerit, prospicere rerum naturas, lactuce syluaticæ folium enellere, & succo eius sibi oculos tingere, & maximam inde claritudinem accipere. Herbe igitur lactuce syluaticæ succum cum vino optimo vetere, & melle* acapno, quod sine fumo collectum est, mixtum, in ampullam vitream condito, & eo utaris, summam medicinam experieris.

DE ARGEMONIA. Cap. 31.

A Grecis dicitur arsellæ, item sarcocolla, Romani argemoniam dicunt. Quæ has virtutes habere memoratur.

I Ad oculorum vitia siue dolores.

Herba argemonia viridis per se trita, & si arida fuerit in aqua calida intincta ut facilimè teri possit, illius suggestiones & liuores oculorum maturè discutit.

2 Ad ventris dolorem.

Herbam argemoniam viridem cum sua radice tritam, & potui datam prodesse dicimus, & in omni loco iuuare. Si autem arida fuerit, aqua tepida infusa, idem proficere creditur.

3 Ad vulnera, vlcera, & canceromata.

Herba argemonia viridis trita & apposita, omnia vulnera, vlcera & canceromata facile* sanare apta est. Si autem arida fuerit, aqua tepida infusa, idem proficere creditur.

4 Ad luxum.

Herba argemonia contrita & apposita mirè doloribus vel tumoribus ex luxu concitatis succurrit.

5 Ad morsum serpentis, & scorpionis percussum.

Herba argemonia drachmis duabus in vini cyathis duobus potui data, mirificè discutit venenum.

6 Ad percussuram ferro vel fude factam.

Herba argemonia contusa, & imposita, mirificè sanat.

7 Ad verrucas tollendas.

Herba argemonia in aceto tusa, & imposita, mirifice tollit.

8 Ad splenis dolorem.

Herba argemonia in cibo sumpta, splenem consumit.

9 Ad ea quæ secunda sunt.

Herba argemonia contrita, & imposita, aperit & per sanat.

DE ASPHODELO. Cap. 32.

A Grecis dicitur asphodelos, Latinis hastula regia, ali quibus albucus. Has virtutes possidet.

I Ad dolorem tibiærum vel pedum.

Herba asphodeli radicem succo & oleo amygdalino unges quod dolet, mirifice sanabitur: etiamsi tumores fuerint, ipsam tusam & subactam impones.

2 Ad hepatis dolorem.

Herba asphodeli radicem decoque, & ex aqua mulsa potui dato, hepatis dolorem mirifice tollet.

DE OXYLAPATHO. Cap. 33.

A Grecis oxylapathon vocatur: Itali lapathon acutum pro vocabuli etymo nominant.

I Si qua durtia in corpore orta fuerit.

*Herba oxylapathum cum axungia veteri * suilla pistata & ex pane domestico facta ut malagma, & imposita, mirifice sanat.*

DE CENTAVRIA MAIORE.

Cap. 34.

A Grecis dicitur maronion, aliis nesson, aliis peletronia, quibusdam limnites: Propheta hema heracleos, alij chironiam, alij limnestin, alij apogorisapon, alij polyhydion, alij hemeroton, Egyptij antiamas, Itali fel terra, siue vneferiam.

I Ad hepatis dolorem.

Herba centauria maior in vino decocta, ac potui data,

mirificè auxiliatur.

2 Ad spleneticos.

Herba centauria maior in vino decocta & potui data, splenem persanat. Nos ipsi experti sumus.

3 Ad ulcera & canceromata.

Herba centauria maior contrita & imposta, tumorem fieri non patitur.

4 Ad sugillationes & dolores.

Herba centaurie maioris succus perunctus ex aqua, summè facit.

5 Ad vulnera recentia.

Herba centauria maior tam efficax est ad plagas glutinandas, ut etiam carnes coherescant, quæ ex aqua eius coquuntur.

DE CENTAVRIA MINORE. Cap. 35.

Est & centauria minor, à Græcis elleborites vocata, Propheta hema heracleos. Egyptij amarathum, Daci stirsozila, Itali febrifugiam, alij multiradicem. Chiron centaurus has herbas duas inuenisse & eas Asclepio dedisse fertur, unde & nomen Centauria tenent. Nascuntur locis solidis & fortibus.

1 Ad viperæ morsum.

Herba centaurie minoris puluer in vino exhibitus, aut ipsa pisata in vino veteri, & potui data, validissimè proficit.

2 Ad oculorum vitia.

Herba centaurie minoris succo oculos inunges, aciem oculorum extenuatam sanat. Adiecto etiam melle mirificè idem proficit: caligantibus quoque oculis & claritas restituitur rectè facillè. Ne quis in hoc periculum incidat, centaurie minoris manipulum in vini congio coquito, ac tri-duum maceratum eximito: inde cottidie ad heminā mellis Attici mixtum, ieiunus bibat.

3 Ad auriginem.

Herbam centauriam minorem decoque in aqua ad tertias,

rias, & ex ea dabis bibere quantum poteris, sanabitur.

4 Ad lumbricos & tineas.

Herba centaurie minoris succum dabis ut supra, miraberis bonum effectum.

5 Qui venenum sumpserit.

Herbam centauriam minorem ex aceto tritam da, bibat, mox discutit venenum. Item centaurie radices pondere denarij unius in tribus cyathis vini bibantur.

DE PERSONACIA. Cap. 36.

Græcè profopites aut profopes vocata est, alijs bacchion, alijs elephantosis, alijs elephas, alijs nephelion, Itali personaciam, alij dardaniam, alij manisolum, Galli betilolen, Daci riborasta.

1 Ad morsus serpentium.

Herba personacia succum cum vino vetere dato in potionem omnium serpentium vel colubri morsus, mirifice sanat.

2 Ad febres acerrimas.

Herba personacia foliis cinges febricitantem, statim mirifice sanat & effugat febres.

3 Ad vulnera, etiam si cancerauerint.

Herba personacia aqua foueto, deinde ipsam cum nitro & axungia & picula ex aceto tere, & in panno inducito, & imposito.

4 Ad intestinorum dolorem.

Herba personacie succi cyathum unum ex mellis Attici cyathis duobus ieiunus bibat, liberabitur.

5 Ad canis rabiosi morsum.

Herba personacie radices cum sale marino tritas mor sui imposito, mirabiliter sanat.

6 Ad vulnera vetera quæ humorem præstant.

Herba personacie radicem & spinam quæ in locis siccis nascitur, equali pondere conteres, & imponas puluere mollißimo, perfectissime sanat.

7 Ad ambustum.

Personacia succi cyathum unum ex mellis cyathis duobus bibat.

DE FRAGO. Cap. 37.

Comaron Græci, Romani fragum nuncupant. Nascitur locis opacis & mundis, & collibus. His est prædita virtutibus.

1 Ad splenis dolorem.

Herbæ fragi succum ex mellis uncia potui datum mirificè proficere certum est.

2 Ad suspiriosos & colicos.

Herbæ fragi succus cum pipere albo & melle mixtus potui datus, mirificum est remedium. Legito eam mundus.

DE IBISCO. Cap. 38.

A græcis appellatur althæa, alij althæanthizan, alij elemolochen, alij molochen agrian, aut creicen, alij anadenromalachen, alij sycophillon, Itali ibiscum vocat, alij maluaniscum. Nascitur locis humidis, & campis.

1 Ad podagram.

Herba ibiscus pisata cum axungia vetere, & imposita, tertia die sanat. Huius herbæ experimentum plures auctores affirmant.

2 Ad collectiones quæ in corpore nascuntur.

Herba ibiscus decocta cum fœnogræci & lini seminis poline, & imposita, duritias omnes discutit.

3 Ad omnia incatasmata in corpore.

Herbam ibiscum cum malua erraticâ & fœnogræco decoques, & eadem aqua fouebis, & hæc omnia teres, & encatasmatis impones.

4 Ad intestinorum dolorem.

Herbam ibiscum perinde ut supra decoques cum singulis, postea ut encatasma ex aqua calida intestinum fouebis, tertio die sanabitur. Experti sumus.

DE HIPPVRI. Cap. 39.

*A Græcis dicitur hippuris, Itali verò equisetam vo-
cant.*

I Ad dysentericos.

*Herbæ equisetæ succus, ex vino dulci cyathis duobus
potui datus, dysenteriam sanare creditur.*

2 Ad eos qui sanguinem per os reiciunt.

*Herbæ equisetæ succum ex vino austerissimo sine fumo
ieiuni bibant, mox sanguinem restringet.*

DE MALVA ERRATICA. Cap. 40.

*Malachin agrian Græci vocant, alij cleomalachen, alij
acopon, alij collyrin, alij malachen, alij heliostrophon, alij o-
syriacam, Itali maluam rusticam, alij maluam erraticam.
Nascitur ubique locis cultis.*

I Ad vesicæ dolorem, & eos qui sanguinem
per naturam faciunt.

*Herbæ malvæ erraticæ cum totis radicibus suis libram
pisatam, & in congio aquæ coctam ad dimidium, per tri-
dium ieiuno dato bibere, dolorem mitigat, & sanguinem
abstinet.*

2 Ad neruorum dolorem.

*Herbæ malvæ erraticæ radices contrite cum axungia
vetere, & impositæ, neruorum dolorem mirifice sanant. Fa-
cit & ad omnia encathesmata, decocta cum ibisco & fœ-
nograco.*

3 Ad lateris dolorem.

*Herbam maluam erraticam decoques cum oleo, & post-
eà distringes, & folia in mortario teres, & in pannum in-
duces & impones, & triduo non solues, emendasti dolorem.*

4 Ad recentia vulnera.

*Herbæ malvæ erraticæ radicem in cinere coctam conte-
re, & impone, sanabitur.*

DE BUGLOSSA. Cap. 41.

Buglosson Græci, Prophete gonon aluru, Ostances tzann-

chi, *Aegyptij* antueo *rinbesor*, *Romani* linguam *bubulam*, *Lucani* coraginem dicunt. Nascitur locis cultis & sabulosis. *Buglossa* dicta est, eo quod folia aspera in modum lingue *bubule* habeat. Folia habet aspera, obscura, terrestria. Hac in vino mixta hilaritatem conuiuio facit: in cibum etiam cocta pro oleris sumitur, vel trita pro condimento.

1 Ad tertianas siue quartanas.

Herbae *buglossae* quae tres thyrsos seminis mittit radicem totam cum aqua decoque, ipsam aquam decoctam potui dato, remediabis tertianas: quae autem quatuor thyrsos habet, faciet ad quartanas: dabis autem ut supra. Alia item herba similis est ei, quae folia *lapathi* fert minuta: eius radix potata ex aqua, ranis & serpentibus aduersatur.

2 Ad suspirium.

Herbae *buglossae* succum cum melle dabis bibere, mirabiliter suspirium tollit.

3 Ad apostema siue superationem in corpore.

Herbam *buglossam* cum melle & pane contritam vice *malagmatis* impones, mirifice rumpit apostema. Leges eam mense Iulio.

DE BVLBO SCYLLITICO. Cap. 42.

A Graecis dicitur *scylla*, aliis *stæchas*, alijs *pancration*, alijs *typhonos*, *Aegyptij* *sylitho*, *Propheta* *ophthalmō* *typhonos*, *Itali* *scyllam rubram*, *masculam*, alij *bulbūm scylliten* siue *scylliticum* appellant.

1 Ad hydropisim.

Herbae *scyllae* bulbū torretur, deinde circumpurgatur, & medium eius in aqua decoquitur, cum bene coctum fuerit eximitur, & ex eo tres oboli potui dantur cum melle & aceto *hydropico*, & euacuatur per urinam.

2 Ad perniones.

Scylla quod est in medio eius cum oleo commodè ferue facit.

facito, atque ea quæ dolorem exhibent perungito, sanabuntur.

3 Ad panaricium.

Herbæ scyllæ radix pisata cum aceto & pane, imposita panaricium mirificè sanat.

4 Ad extinguendam sitim hydropicorum.

Herbæ scyllæ folium subiectum linguæ, sitim compefcit. Leges eam omni tempore.

DE COTYLEDONE. Cap. 43.

Græci cotyledon, alij cepon aphroditos, alij ges omphalon, alij stergethron, Itali umbilicum Veneris, alij cymbalarem appellant. Nascitur in tectis, aut in monumentis.

1 Ad strumas discutiendas.

Herba cotyledon pisata cum axungia suilla fœmineæ sine sale æquis ponderibus, & calida imposita, strumas discutit. Leges eam hyemali tempore.

DE GALLICRURE. Cap. 44.

Nasci amat herba gallicrus locis solidis, & circa vias. Eius cacumen instar pedes galli. Virtutes habere dicitur.

1 Ad canis morsum.

Herbam gallicrus tritam cum axungia & panẽ domestico imponas, mox sanabit.

2 Ad duritias.

Eadem sicut diximus parata duritias discutit.

DE MARRUBIO. Cap. 45.

Græcorum quidã prasio, alij eupatorion, alij phyllophares, alij melitenam, alij camelopodion, alij cynosprasion, Egyptij asterion, asteropenue, Propheta hæma tauru, alij aphedron, alij gonon horu, Itali marrubium, alij ulcerariã dicunt.

1 Ad tussim grauem.

Herbam marrubium decoques cum aqua, & dabis bibere eis qui grauius tussiunt: sanabuntur mirificè.

2 Ad stomachi dolorem.

Herba marrubij succus potus, stomachi dolorem tollit: si febricitat ex aqua potus, statimque eleuat se.

3 Ad lumbricos.

Herba marrubij, absinthij, & lupinorum paria pondera in aqua mulsâ cocta, cum vino dabis, aut super umbilicum pones, necat lumbricos.

4 Ad condylomata.

Herbam marrubium combure, eiusque cinerem infrica, sanabit.

5 Contra venenum si quis sumpsit.

Herba marrubij succum dabis ex vino vetere, discutit venenum.

6 Ad scabiem vel impetiginem.

Herba marrubij decocti aqua corpus lauato, scabiem, & impetiginem statim curat.

7 Ad pulmonis extensionem.

Herbam marrubium cum melle coctam sumat, mirifice curat.

8 Ad omnem duritiam.

Herba marrubium tusa cum axungia, & imposta, mirè sanat.

9

Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, & neruorum habuerit dolorem & spasmus.

Herba marrubij succo cum oleo rosaceo permixto perunges eum, sine mora sanabitur.

DE XIPHIO. Cap. 46.

Græcorum quidam xiphion, alij phasganon vocant, Itali gladiolum dicunt.

I Ad fistulas quæ in corpore nascuntur.

*Herba xiphij radicis uncias sex, * amyli uncias sex, aceti cyathos duos, adipis vulpini uncias treis ex vino pisabis, in panno lines & impones, miraberis effectum.*